αὐτῆς. Τισιν οὖν ἄρα διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ  
Θεός καὶ Πατήρ ἐπηγγέλλετο, λέγων· « Καὶ ἀνα-  
τελεῖ ὑμῖν τοῖς φοθευμένοις τὸ ὄνομά μου ἥλιος  
δικαιοσύνης. » Τί γὰρ ἂν ὄλως ἡλίου τοῦ καταυγά-  
ζοντος τὸ κατ' ἀλήθειαν ἐδεῖθη φῶς; Ἄλλὰ μὴν ὡς

A cesse enim est aequali prorsus ratione de creaturis  
dici, eas esse veram lucem. Atqui nulli creatæ rei  
convenit, sed de sola Filii substantia dicitur. Pro-  
prie ergo ac vere de ipso dicitur, de creaturis  
non item. Quomodo igitur ejusdem erit naturæ  
cum creatura, ac non potius creaturæ una cum  
Patre superabit?

ALIUD. Si vera lux eadem non est atque lux  
non vera (diversa enim est quodammodo utriusque  
significatio), lux autem vera nuncupatus est Filius,  
et istiusmodi est secundum naturam; creatura  
utique vera lux non erit. Igitur neque ejusdem  
naturæ inter se ea quæ tantopere dissident.

ALIUD. Si non solus Unigenitus vera lux est,  
sed creatura vera quoque lux esse potest: quam  
ob causam ipse « illuminat omnem hominem ve-  
nientem in mundum? » Nam si a se id haberet  
quoque creata substantia, superfluum esset ipsam  
illuminari per Filium. At illuminat quidem ipse,  
nos autem omnes ejus participes sumus: non  
ergo idem sunt quoad substantiam Filius et crea-  
tura, sicuti neque id quod participat idem est cum  
eo quod participatur.

ALIUD. Si non inest natura soli Filio ut sit  
vera lux, sed id ipsum in creaturam quoque cadit,  
inanis, ut reor, erit Psalmista dicens: « Accedite  
ad eum, et illuminamini »<sup>29</sup>. Quod enim vera lux  
est, nunquam sane alterius participatione lux erit,  
neque alterius splendore collustrabitur, sed per-  
fectum ex se potius et natura sua splendorem ha-  
biturum est. Atqui videmus hominem lucis indige-  
re, cum naturæ sit creatæ. Et verum est quod  
canit Psalmista, tanquam ad Dei Verbum: « Quo-  
niam tu illuminas lucernam meam, Domine: Deus  
meus, illumina tenebras meas »<sup>30</sup>. Non ergo vera  
lux nos sumus, sed illuminantis Verbi potius par-  
ticipes, et diversi natura a vera luce, Filio nimi-  
rum.

ALIUD ex eodem. Si mens hominis lucerna nun-  
cupata est juxta illud Psalmistæ: « Quoniam tu  
illuminas lucernam meam, Domine: » quomodo  
vera lux erimus? Adventitia enim et aliunde ac-  
cepta lucernæ lux est. **67** Quod si tenebras no-  
stras illuminat solus Unigenitus, quomodo non  
solus ipse vera lux erit, nos autem nequaquam?  
Quod si verum est, quomodo ejusdem naturæ deum  
erit cum creatura, qui tanto intervallo eam superat?

ALIUD. Si creatura vera lux esse potest non  
secus ac Filius, erit nempe lux vera homo, cum  
sit pars illius. Quibusnam ergo per sanctos pro-  
phetas promittebat Deus ac Pater dicens: « Et orie-  
tur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ »<sup>31</sup>?  
Quid enim, quaeso, veræ luci illustrante sole opus  
fuit? Atqui Deus ac Pater solem se daturum pro-  
mittebat nobis qui ejus indigebamus, eoque acco-

<sup>29</sup> Psal. xxxiii, 6. <sup>30</sup> Psal. xvi, 29. <sup>31</sup> Malach. iv, 2.

pio illuminati sumus. Alius igitur a nobis et a A creatura est quoad naturalem identitatem Unigenitus, cum sit lux vera, et natura sua illuminet ea quæ lucis indigent.

ALIUD. Si Filius solus non est lux vera, sed in creaturam idipsum cadit, in nobis etiam erit. Quænam ergo ratio sanctos Patres induxit ut ad Deum clamarent : « Emitte lucem tuam et veritatem tuam<sup>41</sup> ? » Quid vero utilitatis sibi fore putabant, dum eas voces identidem repeterent? Nam si norant indigere lucis hominem, et aliunde id ei accedere oportere : quomodo vere dicet aliquis, ipsum esse quoque veram lucem? Quod si nihil ei opus erat illuminante Verbo, cur frustra vocabant ipsum a quo nihil juvari poterant? At dici non potest sanctorum mentem deceptam fuisse, et præterea ipse Deus et Pater hominibus tanquam lucis indigis mittit Filium. Allus igitur secundum naturam est Unigenitus a creatura, ut qui ea quæ lucis indigent illuminat.

ALIUD. Si creaturam lucis indigere videmus, eam autem Unigenitus illuminat, non seipsam ad lucem agit creatura : non ergo est lux vera, sicuti Filius.

ALIUD. Si naturalis et vera lux non obtenebratur, vera autem lux est Unigenitus, et similiter vera lux est creatura, quamobrem de Filio quidem Scriptura dicit : « Tenebræ eam non comprehenderant ; » de nobis autem Paulus scribit : « In quibus Deus hujus sæculi excæcavit mentes infidelium<sup>42</sup> ; » et rursus Salvator ipse : « Donec lucem habetis, ambulate in luce, ut non vos tenebræ<sup>43</sup> comprehendant<sup>44</sup> ? » Cunctis enim patet quod, nisi quidam nostrum tenebris involuti essent, nihil tale Salvator dixisset. Quomodo ergo natura idem sunt Unigenitus et creatura, immutabilis cum mutabili, impatibilis cum tenebris obsita, et quæ lucem amittere potest, ascititiam videlicet lucem habens, non natura sibi ipsam?

ALIUD. Si Unigenitus lux vera solus non est, sed habet id quoque creatura, utpote ejusdem cum ipso naturæ, quo pacto nos tanquam ad Deum ac Patrem clamamus : « In lumine tuo videbimus lumen<sup>45</sup> ? » Si enim sumus lux vera, quomodo illuminabimur in alio? Sin autem ut alieno lumine indigentes, hæc dicimus, patebit utique nos vere lucem non esse. Igitur neque ejusdem cum Verbo naturæ, quod nos tanto per naturam intervallo superat.

ALIUD explicatius. Dominus noster Jesus Christus in Evangelio reperitur dicens : « Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui

ἐν χερσὶ καθέστηκόσιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐπηγγέλετο θύσειν αὐτὸν, καὶ λαβόντες πεφωτισμένα. Ἐτερος ἄρα πρὸς τε ἡμᾶς, καὶ τὴν κτίσιν, ὅσον εἰς ταυτότητα φυσικὴν, ὁ Μονογενὴς, φῶς ὑπάρχων ἀληθινὸν, καὶ φωτίζειν πεφυκὸς τὰ φωτὸς δεόμενα.

ΑΛΛΟ. Εἰ μὴ μόνος ὁ Υἱὸς φῶς ἐστὶν ἀληθινὸν, ἔχει δὲ αὐτὸ καὶ ἡ κτίσις. Ἔσται δηλονότι καὶ ἐν ἡμῖν. Ποῶς οὖν ἄρα τοὺς ἁγίους ἀνέπεισε λόγος πρὸς Θεὸν ἀναβοᾶν· « Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀληθειάν σου ; » Τί δὲ ἡμᾶς ἐντεῦθεν ὠφελήσειν οἰόμενοι τὰς τοιαύτας πολλάκις ἠφίεσαν, εἰπέ μοι, φωνάζ· Εἰ μὲν γὰρ ἦδυσαν ἐν χερσὶ φωτὸς ὑπάρχειν τὸν ἀνθρώπον, καὶ τῆς παρ' ἐτέρου προσθήκης ἐπιδεῖ, πῶς ἐρεῖ τις ἀληθεύων, ὅτι φῶς ὑπάρχει καὶ αὐτὸς ἀληθινόν; εἰ δὲ οὐκ ἔδειτο τοῦ φωτίζοντος Λόγου, τί μάτην ἐκάλουον τὸν οὐδὲν ὠφελῆσαι δυνάμενον; Ἄλλ' οὐκ ἐστὶν εἰπεῖν, ὅτι τῆς ἀληθείας ἀπεσφάλλετο τῶν ἁγίων ὁ νοῦς, καὶ αὐτὸς δὲ πάλιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ὡς φωτὸς δεομένοις πέμπει τὸν Υἱόν. Ἐτερος ἄρα πρὸς φύσιν, ὡς πρὸς τὴν κτίσιν ὁ Μονογενὴς, ὡς φωτίζων τὰ φωτὸς δεόμενα.

ΑΛΛΟ. Εἰ φωτὸς ὁρῶμεν τὴν κτίσιν ἐπιδεῖ, φωτίζει δὲ αὐτὸν [ἡρ. αὐτὴν] ὁ Μονογενὴς, οὐχ ἑαυτὴν ἡ κτίσις ἄγει πρὸς τὸ φῶς· οὐκοῦν οὐδὲ φῶς ἀληθινὸν ὥσπερ ὁ Υἱός.

ΑΛΛΟ. Εἰ τὸ φύσει καὶ κατὰ ἀληθειαν φῶς οὐ σκοτίζεται, φῶς δὲ ἀληθινὸν ὁ Μονογενὴς, καὶ φῶς ὁμοίως ἀληθινὸν ἡ κτίσις, ὅτου δὴ χάριν ἐπὶ μὲν τοῦ Υἱοῦ τίθησιν ἡ Γραφή, τό· « Ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαθεν· » ἐφ' ἡμῖν δὲ ὁ Παῦλος· « Ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων· » καὶ πάλιν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ· « Ἔως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν τῷ φωτί, ἵνα μὴ ἡ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ ; » Πρόδηλον γὰρ δήπου πᾶσιν ἐστίν, ὡς εἰ μὴ τινὰς ὑπὸ τῆς σκοτίας ἐνεχώρει καταλαμβάνεσθαι τῶν καθ' ἡμᾶς, οὐδὲν ἔφη τι τοιοῦτον ὁ Σωτὴρ. Πῶς οὖν ἐτι ταυτὸν εἰς φύσιν ὁ Μονογενὴς καὶ ἡ κτίσις, ὁ ἀναλλοίωτος τῇ ἀλλοιουμένῃ, παθεῖν οὐδὲν τῶν ἀδικούντων ἀνεχόμενος τῇ σκοτιζομένῃ καὶ ἀποκτήσασθαι δυναμένη τὸν φωτισμὸν, ὡς ἐν προσθήκῃς μέρει προσόντα δηλονότι, καὶ οὐχὶ κατὰ φύσιν ἐβρίζωμένην ἐν αὐτῇ ;

ΑΛΛΟ. Εἰ μὴ μόνος ὁ Μονογενὴς τὸ φῶς ἐστὶ τὸ ἀληθινόν, ἔχει δὲ καὶ αὐτὸ ἡ κτίσις, ὡς ὁμοφυῆς αὐτῷ, κατὰ τῆνα τρόπον ἀναβοῶμεν ἡμεῖς, ὡς πρὸς Θεὸν καὶ Πατέρα· « Ἐν τῷ φωτί σου ὤφθμεθα φῶς ; » Εἰ γὰρ φῶς ἐσμεν ἀληθινόν, πῶς ἐν ἐτέρῳ φωτισθόμεθα ; Εἰ δὲ ὡς χρίζοντες ἐπεισάκτου φωτὸς, τὰ τοιαῦτά φαμεν, οὐκ ὄντες δηλονότι κατὰ ἀληθειαν φῶς ἀλωσόμεθα. Οὐκοῦν οὐδὲ ὁμοφυεῖς τῷ τοσοῦτον κατὰ φύσιν ὑπὲρ ἡμᾶς ὑπάρχοντι Λόγῳ.

ΑΛΛΟ διηγηματικῶς. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις εὐρίσκαται λέγων· « Αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ κτίσις, ὅτι τὸ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι· μᾶλλον τὸ σκότος, ἢ τὸ φῶς. Ἦν γὰρ αὐτῶν πονηρὰ τὰ ἔργα. Πᾶς γὰρ

<sup>41</sup> Psal. xlii, 3. <sup>42</sup> II Cor. iv, 4. <sup>43</sup> Joan. xii, 35. <sup>44</sup> Psal. xxii, 10.

ὁ τὰ φάλλα πράσων, μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς. Ἰ 'Αλλ' εἶπερ ἐστὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ὁ Μονογενῆς, φῶς δὲ ὁμοίως ἀληθινὸν εἶναι δύναται καὶ ἡ κτίσις· πῶς ὁ μὲν ἔρχεται φωτιῶν αὐτῆν, ἡ δὲ ἡγάπα τὸ σκότος; Πῶς δὲ ὅλως οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, εἶπερ ἐστὶν αὕτη τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν; Τὰ μὲν γὰρ φύσει προσόντα τισὶν ἐβρίξωμένην ἔχει τὴν φύσιν· τὰ δὲ αἰρετὰ κατὰ θέλησιν, οὗ τοιαύτην ἔχει τὴν στάσιν, ὡς φέρε εἰπεῖν· οὐκ ἐκ βουλήσεως τῆς ἰδίας τὸ ἀνθρώπος εἶναι λογικὸς κεκτήσεται τις· ἔχει γὰρ αὐτὸ παρὰ τῆς φύσεως· ἔξει δ' οὖν ὅμως κατὰ θέλησιν τὴν ἑαυτοῦ, τὸ εἶναι πονηρὸς, ἢ ἀγαθὸς, ἀγαπήσει τε ὁμοίως ἐπ' ἐξουσίας τὸ δίκαιον, ἢ τὸ ἐναντίον. Εἶπερ οὖν ἐστὶν ἡ κτίσις κατὰ φύσιν τὸ φῶς· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ἀληθινόν· πῶς οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἢ πῶς ἀγαπᾷ τὸ σκότος, ὡς οὐκ ἔχουσα δηλονότι κατὰ φύσιν τὸ εἶναι φῶς ἀληθινόν; προαιρετικὴν δὲ μᾶλλον ποιούμενη τὴν ἐπὶ τὸ ἄμεινον, ἢ τὰ χειρῶν ῥοπήν; Ἡ τοίνυν ἀποτολμάτωσαν οἱ δι' ἐναντίας μὴ φυσικῶς ἐνυπάρχειν τῷ Υἱῷ τὰ ὑπὲρ τὴν κτίσιν πλεονεκτήματα λέγειν, ἵνα γυμνότερον δυσφημοῦντες ἐλέγχωνται, καὶ παρὰ πάντων ἀκούσῃσιν, ἢ Ἐξολοθρεύσαι Κύριος πάντα τὰ χεῖλη τὰ ὄθλια, γλώσσαν μεγαλοβρόχημον, ἢ εἶπερ ὁμολογοῦσι σαφῶς οὐσιωδῶς ἐνυπάρχειν αὐτῷ τὰ ἀγαθὰ, μὴ συναπέτρεψαν αὐτῷ πρὸς ἐνόητα τὴν κατὰ φύσιν, ἀποδέδεικται.

Ἄλλο. Εἰ μὴ ὁ μόνος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τὸ φῶς ἐστὶ τὸ ἀληθινόν, ἀλλὰ καὶ ἡ κτίσις, καθάπερ αὐτὸς, διὰ ποῖαν αἰτίαν ἢ Ἐγὼ εἰμι, ἢ φησὶ, ἢ τὸ φῶς τοῦ κόσμου; ἢ ἢ πῶς ἀνεξέσθητα τοῦ καλλίστου πλεονεκτημάτων ἀπογυμνοῦντες τὴν φύσιν, εἶπερ ὅλως ἐνδέχεται καὶ ἡμᾶς ἀληθινὸν εἶναι φῶς, ὡς ἐχούσης αὐτὸ καὶ τῆς γεννητῆς οὐσίας; Εἰ δὲ ἀληθεύει λέγων ὁ Μονογενῆς, ἢ Ἐγὼ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, ἢ σχέσει δηλονότι τῇ πρὸς αὐτὸν ἢ κτίσις, καὶ οὐκ ἑτέρως ἐστὶ φῶς. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ὁμοφυῆς αὐτῷ.

Ἄλλο. Εἰ μὴ ὁ μόνος κατὰ ἀλήθειαν φῶς ἐστὶν ὁ Υἱός, κείται δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς γεννητοῖς· τί ποτε ἄρα ἐροῦμεν, ὅταν ἡμῖν ὁ σοφώτατος ἐπιστέλλῃ Πέτρος· ἢ Ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασιλείων ἰεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγελήητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς; Ποῖον γὰρ ὅλως ἐν ἡμῖν ἐστὶ σκότος, ἢ ἐν ποίῳ γεγονάμεν σκότῳ, καὶ αὐτοὶ κατὰ ἀλήθειαν ὄντες φῶς; κατὰ τίνα δὲ τρόπον ἀνακεκλήμεθα πρὸς τὸ φῶς, οἱ μὴ ὄντες ἐν σκότῳ; Ἄλλ' οὐ ψεύδεται τῆς ἀληθείας ὁ κήρυξ ὁ θαρσήσας εἰπεῖν· ἢ Εἰ [vulg. πελ] δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; ἢ Καὶ κεκλήμεθα ἢ πρὸς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς, ἢ ὡς ἀπὸ σκότους ἄρα, καὶ οὐκ ἑτέρως· εἰ δὲ τοῦτο ἀληθές, οὐκ ἄρα ἡ κτίσις κατὰ ἀλήθειαν φῶς, ἀλλὰ ὁ μόνος μὲν κυρίως τε, καὶ ἀληθῶς ὁ Υἱός, κατὰ μέθεξιν δὲ τὴν πρὸς ἐκείνον τὰ γενητὰ, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ὁμοφυῆς.

Ἄλλα μετὰ παραθέσεως ῥητῶν, ἐξ ἀπλουστέρων ἠννοῶν εἰς ὁμολογίαν συνάγοντα τοὺς ἐντεθειμένους, ὅτι μόνος ὁ Υἱός τοῦ Θεοῦ τὸ φῶς

A male agit, odit lucem, et non venit ad lucem<sup>67</sup>. At si lux vera est Unigenitus, et lux vera similiter esse potest creatura: quomodo ille quidem venit illuminaturus eam, hæc autem tenebras dilexit? Aut quomodo si lux vera est ad lucem non venit? Nam quæ natura nonnullis insunt, naturam radicis infixam habent; quæ autem a voluntate profisciscuntur, non tam firma ac stabilia sunt. Exempli gratia: nemo habet a voluntate ut sit homo rationis compos; id enim habet a natura: habet tamen a voluntate quod sit pravus aut probus et in ejus potestate est amplecti justum, aut contra. Si ergo creatura lux est secundum suam naturam, id est vera, quomodo ad lucem non venit, aut quomodo tenebras diligit, quasi natura lux vera esse nequeat, sed arbitrio suo ac voluntate nodo in melius, modo in pejus feratur? Aut igitur adversarii supernaturalis dotes in Filio naturaliter existere audacter negent, ut cognita illorum blasphemiam ab omnibus audiant: « Disperdat Dominus universa labia dolosa, et linguam magniloquam<sup>68</sup> » 69: aut si fatentur supernaturalia bona ei substantialiter inesse, ne conjungant ei naturali unitate creaturam, quæ istiusmodi non est, ut antea demonstravimus.

τὴν οὐκ ὁδῶς ἔχουσαν κτίσιν, ὡς ἀρτίως ἡμῖν<sup>68</sup>

C ALIUD. Si non solum Dei Verbum vera lux est, sed creatura præterea sicut ipsum: quam ob causam ait: « Ego sum lux mundi<sup>67</sup>? » aut quomodo præclarissima dote spoliari sinemus creaturam, si fieri potest ut simus vera lux, utpote cum eam habeat quoque creata substantia? Quod si vere loquitur Unigenitus, cum ait: « Ego sum lux mundi, » relatione igitur ad ipsum creatura, nec aliò modo erit lux. Quod si ita est, non est ejusdem cum ipso naturæ.

D ALIUD. Si non solus secundum veritatem lux est Filius, sed hæc etiam rebus creatis convenit, quid respondebimus Petro scribenti: « Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum<sup>68</sup>? » Quæ enim in nobis, quæso, sunt tenebræ, aut quibus in tenebris fuimus, cum ipsi quoque lux simus secundum naturam? Quoniam autem modo revocati sumus ad lucem, qui non sumus in tenebris? At non fallitur præco veritatis, qui dicere ausus est: « An experimentum queritis ejus qui in me loquitur Christus<sup>69</sup>? » Et vocati sumus « ad lumen ejus admirabile, » a tenebris utique, non contra. Quod si verum est, non est itaque creatura vera lux, sed solus proprie ac vere Filius, per participationem autem cum illo res creatæ. Ideoque nec ejusdem naturæ cum ipso.

Alia, cum simplicioribus argumentis, quibus probatur solum Dei Filium esse veram lucem, rerum autem creaturarum naturam a seipso ab eo lumine

<sup>67</sup> Joan. iii, 19, 20. <sup>68</sup> Psal. xi, 4. <sup>69</sup> Joan. viii, 12. <sup>68</sup> I Petr. ii, 9. <sup>69</sup> II Cor. xiii, 3.

*collustrari, cum substantialiter lux esse nequeat, A sicut ille.*

Psalmista : « Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine <sup>20</sup>. » At qualis, obsecro, est vultus ille Dei ac Patris, cujus super nos signatum est lumen? Num Dei Filius unigenitus, illa per omnia similis imago, et qui proinde ait : « Qui vidit me, vidit et Patrem <sup>21</sup>? » Signatus enim est in nobis qui conformes nos sibi reddidit, et per suum Spiritum illuminationem impressit veluti divinam **70** imaginem credentibus in ipsum ut et ipsi nuncupentur ad ejus similitudinem dii, Deique filii. Sed si creata res sit vera illa lux, quomodo signata est in nobis? Lux quippe in tenebris lucet, ut scribit Joannes. Lux enim in luce quomodo conspicua fuerit?

ALIUD. Psalmista : « Lux orta est justo, » inquit <sup>22</sup>. Si lucem habenti, et illius non indigo, supervacua est. Sin autem ut non habenti lux oritur, lux ergo solus est Unigenitus, lucis autem creatura est particeps, atque idcirco alterius naturæ.

ALIUD. Psalmista canit : « Non enim in gladio suo possederunt terram, et brachium eorum non salvavit eos, sed dextera tua, et brachium tuum, et illuminatio vultus tui <sup>23</sup>. » Illuminationem Dei ac Patris hic rursus nominat revelationem quæ a Filio est per Spiritum, et singularum rerum quasi manuductionem, a quo uno servati sunt Israelitæ et Ægyptiorum tyrannide liberati. Si ergo non solus Unigenitus est lux vera, sed dignitas eadem **C** est in creaturis, quidam proprio lumine servati sunt Israelitæ, sed accepto alieno nec necessario lumine? Atqui manifestum est Unigenitum ut lucis indigentibus illuxisse : Igitur ipse unus est lux vera, eam autem ab ipso creatura consequitur per gratiam. Quod si ita est, quomodo ejusdem erit cum ipso naturæ?

ALIUD. Psalmista : « Beatus, » inquit, « populus qui scit jubilationem : Domine, in lumine vultus tui ambulabunt <sup>24</sup>. » Quidni potius ipsi in suo lumine ambulabunt? aut cur, quæso, aliunde accepta illuminatione sibi vix salutem conciliant, si reapse vera sunt ipsi lux, non secus ac ille Dei ac Patris vultus, hoc est Filius? Atqui nemini dubium est Verbum creaturæ illuminationem largiri, ut indigenti, hanc autem accepto eo quod non habet, salvari. Quomodo ergo idem erunt quoad substantiam Unigenitus, et quæ per ipsum facta sunt?

ALIUD. Psalmista : « Exortum est in tenebris lumen rectis, » inquit <sup>25</sup>. Quomodo enim, quæso te, erit rectus in tenebris, cum sit etiam ipse lux vera, quandoquidem id habet quoque rerum creaturarum natura non secus ac Unigenitus? Quod si

<sup>20</sup> Psal. iv, 7. <sup>21</sup> Joan. xiv, 9. <sup>22</sup> Psal. xcvi, 1. <sup>23</sup> Psal. cxi, 4.

ἔστι τὸ ἀληθινόν, ἢ δὲ τῶν γεννητῶν φύσις, ἐκ χορηγίας τῆς παρ' αὐτοῦ φωτίζεται, τὸ εἶναι φῶς οὐσιωδῶς οὐκ ἔχουσα, καθάπερ ἐκεῖνος.

Ὁ Ψαλμῶδός : « Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε. » Καὶ ποῖον ἄρα ἔστι τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὐ τὸ φῶς ἐφ' ἡμᾶς σεσημειώται : Ἡ πάντως ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱός, ἡ ἀπαράλλακτος εἰκὼν, καὶ διὰ τοῦτο λέγων, « Ὁ ἠωρακῶς ἐμὲ, ἠώρακε τὸν Πατέρα ; » Ἐνεσημάνθη δὲ ἡμῖν, συμμόρφους ἡμᾶς ἀποδείξας ἑαυτῆς, καὶ τὸν διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἰδίου φωτισμὸν ἐγγαράξας ὡς θεῖαν εἰκόνα τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν, ἵνα καὶ αὐτοὶ χρηματίζωιν ἤδη κατ' αὐτόν θεοὶ τε καὶ Θεοῦ υἱοί· ἀλλ' εἶπερ ἦν τι τῶν γεννητῶν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, πῶς ἡμῖν ἐνεσημάνθη ; Τὸ γὰρ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, κατὰ τὴν τοῦ Πνευματοσόφου φωνήν. Φῶς γὰρ ἐν φωτὶ πῶς ἂν γένοιτο καταφανές ;

ἌΛΛΟ. Ὁ Ψαλμῶδός : « Φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, » φησὶν· εἰ μὲν ἔχοντι καὶ μὴ δεομένῳ, περιττόν. Εἰ δὲ ὡς οὐκ ἔχοντι τὸ φῶς ἀνατέλλει, φῶς ἄρα μόνος ὁ Μονογενὴς, φωτὸς δὲ ἡ κτίσις μέτοχος, καὶ διὰ τοῦτο ἀλλοφυής.

ἌΛΛΟ. Ὁ Ψαλμῶδός φησὶν· « Οὐ γὰρ ἐν τῇ βομφαίᾳ αὐτῶν ἐκληρονόμησαν γῆν, καὶ ὁ βραχίων αὐτῶν οὐκ ἔσωσεν αὐτούς, ἀλλ' ἡ δεξιὰ σου, καὶ ὁ βραχίων σου, καὶ ὁ φωτισμὸς τοῦ προσώπου σου. » Φωτισμὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὀνομάζει πάλιν ἐν τούτοις, τὴν ἐξ Υἱοῦ διὰ τοῦ Πνεύματος ἀποκάλυψιν, καὶ τὴν εἰς ἕκαστα τῶν ὄντων χειραγωγίαν, ἧ δὴ καὶ μόνον διέσωσε τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τῆς Αἰγυπτίων πλεονεξίας ἀπήλλαξεν· εἶπερ οὖν οὐ μόνος ἔστιν ὁ Μονογενὴς τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ἐνυπάρχει δὲ καὶ τοῖς γεννητοῖς τὸ ἴσον ἀξίωμα, τί μὴ τῷ οἰκείῳ διεσώζοντο φωτὶ οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος, προσθήκαις δὲ ὡπερ, ἀλλοτρίου καὶ οὐκ αναγκαίου φωτὸς ἐφοδιαζόμενοι φαίνονται ; Ἄλλ' ἔστι δῆλον, ὡς δεομένοις φωτὸς ἐπέλαμψεν ὁ Μονογενὴς· οὐκοῦν αὐτὸς μὲν καὶ μόνος τὸ φῶς ἐστὶ τὸ ἀληθινόν, δανείζεται δὲ παρ' αὐτοῦ τὴν χάριν ἡ κτίσις. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἂν εἴη λοιπὸν καὶ ὁμοφυής αὐτῷ ;

ἌΛΛΟ. Ὁ Ψαλμῶδός : « Μακάριος, » φησὶν, « ὁ λαὸς ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν· Κύριε, ἐν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου σου πορεύσονται. » Διατί μὴ μᾶλλον ἐν τῷ ἰδίῳ καὶ αὐτῷ βαδιῶνται φωτὶ ; τί δὲ, εἰπέ μοι, τὸν παρ' ἑτέρου συλλέγοντες φωτισμὸν, μόλις ἑαυτοῖς κατορθοῦσι τὴν σωτηρίαν, εἶπερ ὄντως εἰσὶ καὶ αὐτοὶ κατὰ ἀλήθειαν φῶς, ὡπερ οὖν ἀμέλει, καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τοῦτ' ἐστίν, ὁ Υἱός ; ἀλλ' ἐστίν, οἶμαι, παντὶ τῷ καταφανές, ὅτι χορηγεῖ μὲν ὁ Λόγος ὡς δεομένη τῇ κτίσει τὸν φωτισμὸν, ἢ δὲ ὅπερ οὐκ ἔχει λαβοῦσα σώζεται. Πῶς οὖν ἐτι ταυτὸν εἰς οὐσίαν ὁ Μονογενὴς, καὶ τί δὲ αὐτοῦ γεγονότα ;

ἌΛΛΟ. Ὁ Ψαλμῶδός : « Ἐξανέτειλαν ἐν σκότει φῶς τοῖς εὐθέσι, » φησὶν. Πῶς γὰρ ὄλωσ ἦν ὁ εὐθὺς ἐν σκότει φῶς ὑπάρχων καὶ αὐτὸς τὸ ἀληθινόν, εἶπερ ἔχει τοῦτο καὶ τῶν γεννητῶν ἡ φύσις, ὡπερ ὁ Μονογενὴς ; Εἰ δὲ οὐκ ἔχουσι τοῖς εὐθέσι τὸ φῶς ἀπο-

11. <sup>24</sup> Psal. xliii, 4. <sup>25</sup> Psal. lxxviii, 16.

στέλλεται, πολλῶν ἡμῖν οὐ δεήσει λόγων· αὐτὴ γάρ ἡ τῶν πραγμάτων ἀναβοήσῃ φύσις, ὡς οὐκ ἂν εἴη ταυτὸν εἰς οὐσίαν τῷ τελείῳ τῷ ἐπιτελεῖ, τῷ δεομένῳ τῷ χορηγοῦν ἐκ πλονασμοῦ.

ΑΛΛΟ. « Φωτίζου, φωτίζου, Ἰερουσαλήμ, ἦκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκεν. » Εἰ μὲν οἰκοθεν ἔχει τὸ φῶς ἡ τῶν γενητῶν φύσις, καὶ τοῦτο ἐστὶ κυρίως, ὅπερ εἶναι φαμεν τὸν Μονογενῆ κατὰ γε τὸ εἶναι φῶς ἀληθινόν, πῶς ἂν δεηθῇ τοῦ φωτίζοντος αὐτὸν [Ἰσ. αὐτῆ] ἡ Ἰερουσαλήμ; Ἐπειδὴ δὲ ὡς ἐν χάριτος μέρει τὸ φωτίζεσθαι λαμβάνει, μόνος ἄρα τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ὁ Υἱὸς ὁ φωτίζων αὐτήν, καὶ ὅπερ οὐκ ἔχει διδούς. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς οὐ πάντως καὶ ἕτερος κατὰ φύσιν, ὡς πρὸς αὐτόν;

ΑΛΛΟ. « Ἰδοὺ δέδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν. » Πῶς γὰρ ὅλως ἐδεήθη φωτὸς ἡ ἐπὶ γῆς οὐσα λογικὴ κτίσις, εἴπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν αὐτῇ τὸ εἶναι φῶς τὸ ἀληθινόν; Ὡς γὰρ οὐκ ἐχούση ἤδη διδῶσιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τὸν Ἰσὺν Υἱόν ἡ δὲ οὕτω λαβοῦσα δι' αὐτοῦ βοήσῃ τοῦ πράγματος, καὶ τῆς οικείας φύσεως τὴν πενίαν, καὶ τοῦ φωτίζοντος Λόγου τὸ πλοῦσιον ἀξίωμα.

ΑΛΛΟ. « Καὶ νῦν ὁ οἶκος τοῦ Ἰακώβ, δεῦτε πορευθῶμεν τῷ φωτὶ Κυρίου. » Διὰ τί καὶ οὗτοι μὴ τῷ οικείῳ πορευόμενοι φωτὶ, δεδουχῆι δὲ αὐτοῖς ὁ Μονογενὴς τὸ ἴδιον αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἐντιθεὶς ἀγαθόν; Ἄλλ' οὐ τῷ οικείῳ θαρρήσαντες δανερίζονται τὸ ἀλλότριον. Ὡς οὐκ ἔχοντες ἄρα, τοῦτο ποιεῖν ἐγνώκασιν.

ΑΛΛΟ. Ὁ Σωτὴρ· « Ἐγὼ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, » φησὶν· « ὁ ἀκολουθῶν ἐμοί, οὐ μὴ περιπέσῃ ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἔξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. » Ἀποτολμάτω καὶ ἡ κτίσις τὴν τοιαύτην ἀναφλέγασθαι φωνήν, εἴπερ ἐστὶ καὶ αὐτὴ κατὰ ἀληθειαν φῶς· εἰ δὲ ἀποφρίττει τὸ ῥῆμα, καὶ τὸ πᾶγμα φθέγγεται τὸ ἀληθινόν ὁμολογήσασα φῶς, τοῦτ' ἐστὶ, τὸν Υἱόν.

ΑΛΛΟ. « Ὁ Κύριος, « Ἔως ἔχετε, πιστεύετε εἰς τὸ φῶς, ἵνα υἱοὶ φωτὸς γένησθε, » φησὶν. Ἄρα γὰρ ἐμελλόν οὐ πιστεύοντες ἀπολέσαι τὸ φῶς, οὐ φῶς κατὰ φύσιν ὑπάρχοντες· εἴπερ ὅλως ἐνδέχεται τὴν γενητὴν οὐσίαν τὸ φῶς εἶναι τὸ ἀληθινόν. Καὶ πῶς ἂν γένοιτο τοῦτο ποτε; Οὐ γὰρ ἐπὶ τῶν οὐσιωδῶς προσόντων τισὶν αἱ στερήσεις κατὰ τὸ παντελὲς ἐκ βραθυμίας συμβαίνουσιν, ἀλλ' ἐφ' ὧν ἂν ἡ θέλησις τὴν κτῆσιν ἐργάζηται, καὶ ἐπὶ τῶν ὅσα δὴ πέφυκε προσγινοσθαι τε, καὶ ἀπογινοσθαι χωρὶς τῆς τοῦ ὑποκειμένου φθορᾶς. Οἶον· λογικὸς μὲν κατὰ φύσιν ὁ ἀνθρώπος, ναυπηγὸς δὲ κατὰ θέλησιν, ἢ καὶ ἀσθενὴς τὸ σῶμα κατὰ συμβεθεῖός. Ἄλογος μὲν οὖν οὐκ ἂν εἴη παντελῶς, τὴν δὲ γε ναυπηγικὴν ἐμπειρίαν ἀπολέσει, βραθυμίας τυχόν, καὶ τὸ ἐκ πάθος συμβεθερῶς ἀπεκρούσεται, θεραπευτικῶς τισὶν ἐπὶ τῷ ἄρτινον ἀνατρέχων. Οὐκοῦν τὰ οὐσιωδῶς προσόντα τισὶν, ἐβριζωμένην ἔχει τὴν φύσιν. Εἴπερ οὖν ὅλως ἡ τῶν γενητῶν φύσις τὸ φῶς εἶναι δύναται τὸ ἀληθινόν,

lumen rectis mittitur, tanquam **71** ea carentibus, non multis verbis nobis opus est: ipsa quippe rerum natura clamabit non esse idem quoad substantiam cum perfecto id quod eget, neque cum indigo id quod statim largitur.

ALIUD. « Illuminare, illuminare, Jerusalem: venit enim lumen tuum, et gloria Domini super te orta est<sup>66</sup>. » At si a se lumen habet rerum creaturarum natura, atque id proprie est, quod Unigenitum esse dicimus, nimirum lux vera, quomodo luce indigebit Jerusalem a qua illuminetur? Cum autem gratiæ loco illuminationem accipiat, solus ergo vera lux est Filius qui Jerusalem illuminat, eique lucem qua caret impertit. Quod si verum est, qui fieri potest ut non sit diversus ab ipso secundum naturam?

ALIUD. « Ecce dedi te in testamentum generis, in lucem gentium<sup>67</sup>. » Quomodo enim, quæso, lucis indignit rationalis ac terrenæ creatura, si quidem lux vera est per naturam? Ei quippe Deus ac Pater cœca non habenti suum dat Filium. Quo ita suscepto, ipso facto prædicat et suæ naturæ penuriam, et illuminantis Verbi locupletissimam dignitatem.

ALIUD. « Et nunc, domus Jacob, venite, ambulemus in luce Domini<sup>68</sup>. » Quidni sua luce hi quoque ambulat, sed eos illustrat Unigenitus, proprium essentia suæ bonum facit inserens? At quicumque suo confidunt, alienum non quæritant. Istud ergo faciunt, quasi non habentes.

ALIUD. Salvator, « Ego sum lux mundi, » inquit; « qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ<sup>69</sup>. » Istiusmodi vocem creatura audacter emittat, si est ipsa quoque vera lux. Sin autem id proferre exhorrescat, res ipsa prædicabit veram lucem esse Filium.

ALIUD. « Donec lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis<sup>66-70</sup>. » inquit Dominus. Certe enim lucem amissuri erant, si non crederent, qui lux sunt secundum naturam, si fieri potest ut verum lumen sit creata substantia. At quomodo istud fieri unquam posset? Privationes enim in iis rebus quæ substantialiter insunt aliquibus omnino ex pigritia non contingunt, sed in iis quarum possessio voluntate acquiritur, et quæcunque ita comparatæ sunt, ut adesse et abesse queant absque subjecti interitu. Exempli gratia: rationalis quidem **72** est homo natura, fabricator navium voluntate, corpore æger, ex accidenti. Atqui fieri non potest ut ille sit irrationalis, hic autem fabricandarum navium artem amittet, pigritia nimirum, et morbi casum depellet iste curatione. Itaque quæ substantialiter insunt aliquibus, radicatus infixam habent naturam. Si ergo rerum creaturarum natura vera lux esse potest, quomodo

<sup>66</sup> Isa. LX, 1. <sup>67</sup> Isa. XLII, 6. <sup>68</sup> Isa. II, 3. <sup>69-70</sup> Joan. VIII, 12. <sup>70-71</sup> Joan. XII, 36.

lucem amittunt qui credere recusant, aut quomodo filii sunt lucis si qui credunt? Nam si lux ipsi quoque sunt per naturam, suiipsorum ergo filii vocabuntur. Quænam ergo merces erit creditibus? Sunt enim suiipsorum potius filii, etiam fide non suscepta. His ergo rationibus veritate discussa, dicemus Unigenitum solum esse veram lucem, creaturam autem lucis indigam, atque idcirco alterius naturæ,

ALIUD. « Dixit ergo illis Jesus: Adhuc modicum lumen in vobis est, ambulat dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant<sup>71</sup>. » Quibus dictis rationem quam prius attulimus, scite accommodabis. Quæ enim est natura lux, a tenebris non comprehendetur unquam.

ALIUD. Joannes: « Qui dicit se in luce esse, » inquit, « et fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc<sup>72</sup>. » A proposito igitur lux est in nobis, et voluntate potius quam substantia rebus creatis inest, si qui odit fratrem in tenebris est. Lux autem secundum substantiam est Unigenitus, non enim arbitrariam habet illam dignitatem. Igitur neque ejusdem est naturæ cum rebus creatis, qui tanto eas intervallo superat.

ALIUD, huic affine. « Qui fratrem suum diligit, in luce manet<sup>73</sup>. » Caritas creaturis ea quæ non habent conciliat, lucem nimirum. Lux autem est Unigenitus: alius igitur est ab iis in quibus per charitatem est.

#### CAP. IX.

*Quod hominis anima ante corpus non existat, neque ob præcedentia peccata corpore includatur, ut nonnulli asserunt.*

1, 9: *Quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Recte theologus non solum existimat asserendum Unigenitum **73** veram esse lucem, sed dicta sua statim declarat, magna voce tantum non clamans: Lucem illam esse dico veram, « quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. » Nonne ergo, inquiet forsitan aliquis divina dogmata examinare solitus, angeli hominum mentem illuminant? Cornelius, obsecro, a quonam didicit eum qui sit baptizatus a Deo salvari<sup>74</sup>? Manue vero ille pater Gedeonis, nunquid per vocem angeli res futuras edoctus est<sup>75</sup>? Zacharias item propheta, nunquid aperte clamat: « Et dixit angelus qui loquebatur in me: Ego tibi ostendam quid sunt hæc<sup>76</sup>. » Rursus iisdem repetitis, nunquid clare ostendit angelos animo suo rerum occultarum cognitionem revelare? « Ecce enim, » inquit, « angelus qui loquebatur in me, stabat, et alius angelus egrediebatur in occursum ejus. Et dixit ad eum: Curre et loquere adolescentulo illi, dicens: Frugifera habitabitur Jerusalem, a multitudine hominum et jumentorum in medio

A πῶς ἀπολλύουσι τὸ φῶς οἱ πιστεύουσιν οὐκ ἐθέλοντες, ἢ πῶς ἂν υἱοὶ φωτὸς γέγονται οἱ πιστεύοντες; Εἰ γὰρ εἰσι καὶ αὐτοὶ κατὰ φύσιν τὸ φῶς, αὐτῶν ἄρα χρηματιοῦσιν υἱοὶ. Καὶ ποῶς ἐστὶ τοῖς πιστεύουσιν ὁ μισθός; Εἰσὶ γὰρ μᾶλλον αὐτῶν υἱοὶ, καὶ τὴν πίστιν οὐ παραδεξάμενοι. Ἀπὸ δὲ τῶν τοιούτων ἐννοῶν τὸ ἀληθὲς λογιζόμενοι, μόνον ἐροῦμεν εἶναι τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν τὸν Μονογενῆ, φωτὸς δὲ τὴν κτίσιν ἐπίδειξαι, καὶ διὰ τοῦτο ἄλλοφθα.

ΑΛΛΟ. « Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς: Ἐτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς ἐν ὑμῖν ἐστί, περιπατεῖτε, ὡς τὸ φῶς ἔχετε, ἵνα μὴ ἡ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. » Καὶ τοῖς προκειμένοις ἐπαρμόσει ἐντέχνως τὸν ἐν τοῖς προαποδοδομένοις λόγον. Τὸ γὰρ φῶς κατὰ φύσιν ὑπάρχον, οὐκ ἂν ὑπὸ σκότους καταληφθεῖν ποτέ.

ΑΛΛΟ. Ὁ Ἰωάννης: « Ὁ λέγων ἐν τῷ φωτι, » φησὶν, « εἶναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῶν, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶν ἕως ἄρτι. » Προαιρετικὸν ἄρα τὸ φῶς ἐν ἡμῖν, καὶ κατὰ θέλησιν μᾶλλον, ἢ κατ' οὐσίαν προσπέφυκε τοῖς γεννητοῖς, εἴπερ ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶ· φῶς δὲ κατ' οὐσίαν ὁ Μονογενὴς· οὐ γὰρ προαιρέσεως ἔχει καρπὸν τὸ ἀξίωμα. Οὐκοῦν, οὐδὲ ὁμοφυῆς τοῖς γεννητοῖς ὁ τοσοῦτον ὑπερκαίμενος.

ΑΛΛΟ, τοῦτω συγγενές: « Ὁ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ φωτι μένει. » Ἡ ἀγάπη τοῖς γεννητοῖς, ἄπερ οὐκ ἔχουσι προξενεῖ, τὸ φῶς δηλονότι. Φῶς δὲ ὁ Μονογενὴς· ἕτερος οὖν ἄρα ἐστὶ παρὰ τὰ ἐν οἷς ἐξ ἀγάπης γίνεταί.

C

#### ΚΕΦΑΛ. Θ.

*Ἵτι οὐ προϋπάρχει τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, οὐδὲ ἐκ προσβυτέρων ἀμαρτημάτων ἡ σωματώσις, κατὰ τινὰς.*

*Ἵ οὐ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.*

Ἀσφαλῶς ὁ θεολόγος οὐ μόνον οἰεταί δεῖν, δεῖ δὲ τὸ φῶς ὑπάρχει τὸ ἀληθινὸν ὁ Μονογενὴς ἐξεῖπειν, ἀλλ' ἐπάγει τοῖς εἰρημένους παραχρῆμα τὴν ἀπόδειξιν, μονονοχὶ καὶ συντόμῳ λαν ἀνακακρῶς τῇ φωνῇ· Φῶς εἶναι φημι τὸ ἀληθινὸν, « ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. » Ἄρ' οὖν, εἶποι τις [ἂν ὅτω δὴ φίλον οὐκ ἀθασανίστως τῶν θείων ἐπακροῦσθαι δογμάτων, οὐ φωτίζουσιν ἄγγελοι τῶν ἀνθρώπων τὸν νοῦν; Κορηλιός δὲ, εἰπέ μοι, διὰ τίνας ἐμάνθανεν, ὅτι χρῆ βαπτισθέντα διασωῆσθαι παρὰ Θεοῦ; Μανῶ δὲ τοῦ Γεδεῶν ὁ πατήρ, οὐ διὰ φωνῆς ἀγγέλου τὰ ἐσόμνα προεπαίδευστο; Ζαχαρίας δὲ ὁμοίως ἡμῖν ὁ προφήτης οὐχὶ σαφῶς ἀναφθέγγεται· « Καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί· Ἐγὼ δαίξω σοι τί ἐστὶ ταῦτα. » Καὶ πάλιν διὰ τῶν αὐτῶν ἡμῖν ἐρχόμενος ἡμῖν λόγον [ἡρ. λόγων], οὐκ ἐπιδεικνύει σαφῶς, ὅτι τῶν κεκρυμμένων τὴν γνῶσιν ἐξεκάλυπτον ἄγγελοι κατὰ νοῦν αὐτῶ; « Καὶ ἰδοὺ γὰρ, » φησὶν, « ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί εἰστήκει, καὶ ἄγγελος ἕτερος ἐξεπροσβύετο εἰς ἀπάντησιν αὐτῶ. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν λέγων· Δράμε καὶ λάλησον πρὸς

<sup>71</sup> Joan. xii, 35. <sup>72</sup> Joan. ii, 9. <sup>73</sup> ibid. 10. <sup>74</sup> Act. x, 1 sqq. <sup>75</sup> Judic. xiii, 3 sqq. <sup>76</sup> Zach. i, 9.

τὸν νεανίαν ἐκείνον, λέγων· Κατάχαρπος κατοικη-  
θήσεται Ἰερουσαλὴμ, ἀπὸ πλήθους ἀνθρώπων, καὶ  
κτηνῶν τῶν ἐν μέσῳ αὐτῆς. ἢ Τί δέ; εἰπέ μοι· καὶ ὁ  
σοφώτατος Δανιὴλ ταῖς ἀξιαγάστοις ὀπτασίαις προσ-  
βαλὼν οὐχὶ τῶν ὀρωμένων τὴν ἀποκάλυψιν διὰ τῆς  
ἀγγέλων ἐρανίζεταί φωνῆς; Ἄκουε γὰρ λέγοντος·  
« Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἰδεῖν με, ἐγὼ Δανιὴλ, τὴν ὄρασιν,  
καὶ ἐζήτησαν σύνεσιν· καὶ ἰδοὺ ἔστη ἐνώπιόν μου  
ὡς ὄρασις ἀνδρός, καὶ ἤκουσα φωνὴν ἀνδρός ἀνα-  
μέσον τοῦ Οὐδοῦ, καὶ ἐκάλεσε, καὶ εἶπε· Γαβριὴλ,  
συνέτισον ἐκείνον τὴν ὄρασιν. » Οὐκοῦν ἐνεστι τὸ  
δύνασθαι φωτίζειν ἀγγέλοις, καὶ οὐ μόνον αὐτοῖς,  
ἀλλ' ἤδη καὶ ἀνθρώπων τὸν ἐξ ἀνθρώπου δανεῖζεται  
φωτισμόν. Καὶ γοῦν ὁ φιλομαθὴς ἐκείνος εὐνοῦχος  
τὰς περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προφητείας οὐ συνεί-  
τῃ Φιλίππου φησὶ· « Δέομαι σου, περὶ τίνος ὁ προφήτης  
λέγει, περὶ ἐαυτοῦ, ἢ περὶ ἐτέρου τινός; » Καὶ οἱ  
τοῖς κατὰ τὸν βίον διδάσκαλοι προστρέχοντες, οὐχ  
ἐτέρου τινός, οἶμαι, χάριν, τούτου δὲ καὶ μόνου  
προσίσαισι. Ἄλλὰ τί δὴ τούτοις ἐνδιατρίβωμεν, ἐξὸν  
ἀπαλλάττεσθαι βραδίως, ἐκείνου παραθέτας εἰς ἀπό-  
δειξιν τὸ παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πρὸς τοὺς ἁγίους  
εἰρημένον ἀποστόλους· « Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ  
κόσμου; » Ταῦτα μὲν δὴ τις κατὰ τὸ εἰκὸς ἐπα-  
πορήσας ἐρεῖ, παρὰ δὲ ἡμῶν ἀντακούσεται· Ἐν συν-  
θέσει τὰ κατὰ τὴν κρίσιν ὀρωμεν, ὡς οὗτος, καὶ οὐδὲν  
ἐν αὐτῇ τὸ ἀπλοῦν· οὐκοῦν ὁ σοφοῦν ἐτέρους δυνά-  
μενος, εἴπερ εἴη γενητός, οὐκ αὐτόχρημά ἐστιν ἡ  
σοφία, ἀλλὰ τῆς ἐνοῦσης ἐν αὐτῷ σοφίας διάκονος·  
ἐν σοφίᾳ γὰρ ὁ σοφός ἐστι σοφός, καὶ ὁ συνετοὺς ἐκ  
διδάσκων, οὐκ αὐτόχρημά ἐστιν ἡ σύνεσις, ἀλλὰ τῆς  
ἐνυπαρχούσης αὐτῷ συνέσεως ὑπουργός. Ἐν συνέσει  
γὰρ εἰσι καὶ οὗτοι συνετοί, καὶ ὁ φωτίζειν αὐτὸν πάλιν  
ἐτέρους εἰδώς, οὐκ αὐτὸ κυρίως ἀν νοοῦν τὸ φῶς,  
ἀλλὰ φωτὸς τοῦ ἐν αὐτῷ δανεῖστος, εἰς ἐτέρους αὐτὸ  
παραπέμπων διδακτικῶς, καὶ κοινοποιούμενος τοῖς  
ἄλλοις ὅπερ εἰληφεν ἀγαθόν. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸς  
τοὺς ἁγίους ἀποστόλους ἐλέγετο· « Δωρεὰν ἐλάβετε,  
δωρεὰν δότε. » Ὅσα γὰρ ἦν αὐτοῖς ἀγαθὰ, ταῦτα δὴ  
πάντως ἐστὶ καὶ θεόδοτα. Καὶ οὐκ ἂν ἕλωσ ἰδίους  
ἀγαθοὺς ἢ τῶν ἀνθρώπων ἐναγλαῖζοιτο φύσις, ἀλλ'  
οὐδὲ ἢ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. Μετὰ γὰρ τοῦ κεκληθῆναι  
πρὸς γένεσιν, καὶ τὸν τοῦ πῶς εἶναι λόγον ἕκαστον  
εἶναι ἡντων ἔχει παρὰ Θεοῦ, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς  
οὐσιαστικῶς ἐνυπάρχειν διακείσόμεθα, ὃ μὴ δῶρόν ἐστι  
τῆς τοῦ κτίσαντος φιλοτιμίας, καὶ βρίζαν ἔχει τὴν τοῦ  
δημιουργήσαντος χάριν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἐν συν-  
θέσει τὰ γενητά, φῶς μὲν ἐν αὐτοῖς οὐδὲν ἐστὶ  
κυρίως τε καὶ ἀπλῶς, ἦτοι ἀσυνθέτως, μεθεκτικῶς  
δὲ καὶ τοῦτο φορέσει μετὰ τῶν ἄλλων λαβόντα παρὰ  
Θεοῦ. Φῶς δὲ αὐτὸ ἀληθινόν, τὸ φωτίζον ἐστίν, οὐ τὸ  
παρ' ἐτέρου φωτίζόμενον, ὅπερ ἐστὶν ὁ Μονογενὴς ἐν  
ἀπλήϊ καὶ ἀσυνθέτῳ νοούμενος φύσις, διπλῆς γὰρ  
ἀπάσης τὸ θεῖον ἀποφοιτᾷ. Καὶ ταῦτα μὲν τῆδε·  
πάλιν δὲ ἡμῖν ἐρεῖ τυχόν ὁ δι' ἐναντίας· Εἰ μὴ φῶς  
ὑπῆρχον κατὰ φύσιν οἱ ἅγιοι, διὰ ποίαν αἰτίαν αὐτοὺς  
οὐχὶ φωτὸς ἀπεκάλει μετόχους, ἀλλὰ φῶς ὠνόμαζεν

A ejus 77. » Quid vero? Daniel ipse cui admirabiles  
visiones oblatæ sunt, nomine earum revelationem  
angelorum voce accipit? Audi enim loquentem  
ipsum. « Et factum est, » inquit, « cum viderem  
ego Daniel visionem, et quærebam intelligentiam;  
et stetit in conspectu meo quasi species viri, et  
audivi vocem inter Ubal, et vocavit, et dixit:  
Gabriel, fac intelligere istum visionem 78. » Igitur  
illuminare possunt angeli, neque vero ipsi tantum,  
sed et homo hominem illuminat. Quocirca discendi  
studiosus ille eunuchus, cum Salvatoris prophe-  
tias non intelligeret, Philippum compellat: « Obser-  
va te, de quo propheta dicit hæc? de se, an de  
alio aliquo 79? » Doctores item et magistri rerum  
vitæ utilium, non aliam ob causam quam ob  
istam sui copiam faciunt. Sed cur in his immora-  
mur, cum ad hoc probandum Salvatoris auctori-  
tate liceat uti qui suis apostolis ait: « Vos estis  
lux mundi 80? » Talia quidem, ut videtur, dubi-  
tando quæret aliquis. Sed a nobis vicissim audit:  
Nihil, o quisquis es, in creaturis reperitur sim-  
plex aut compositionis expers: igitur quicumque  
alium erudire potest ad sapientiam, si creatus est,  
non est ipsamet sapientia, sed sapientiæ qua præ-  
ditus est minister. 74 In sapientia enim sapiens  
est sapiens, et qui prudentiam edocet, non est  
ipsamet prudentia, sed prudentiæ qua præditus  
est minister. In prudentia quippe sunt prudentes;  
sic quicumque alios illuminare potest, non est  
ipsa proprie lux, sed lucis qua præditus est com-  
modator, dum aliis infundit docendoque communi-  
cat quod accepit bonum. Proindeque dictum est  
etiam sanctis apostolis: « Gratis accepistis, gra-  
tis date 81. » Quidquid enim honorum habebant,  
illud divinitus consecuti erant. Neque vero natura  
hominum in universum propriis bonis gloriari  
potest, ne ipsa quidem sanctorum angelorum  
natura. Nam præter quam quod ad esse producta  
sunt omnia, unumquodque existendi modum habet  
a Deo, nec in iis quidquam substantialiter esse  
putabimus, quod a benignitate Creatoris non profi-  
ciscatur, et opificis gratiæ radicibus inuitatur.  
Itaque cum res creatæ compositæ sint, lux quidem  
inter eas nihil proprie ac simpliciter erit, aut citra  
compositionem, sed per participationem istud  
etiam cum cæteris a Deo suscipiet. Lux autem  
vera est quæ illuminat, non quæ illuminatur ab  
alio, cujusmodi est Unigenitus, qui in simplici et  
incomposita natura esse intelligitur, cum in Deum  
nulla cadere possit compositio. Atque hæc ita se  
quidem habent; sed rursus nobis forsitan objiciet  
adversarius: Si sancti lux non sunt secundum  
naturam, quam ob causam non lucis participes,  
sed lucem eos Salvator nuncupavit? Aut quomodo  
alterius erit ab ipso naturæ creaturæ, si quemad-  
modum ipse lux nuncupatus est, ita etiam homi-  
nes lux appellati sunt? « Vos enim estis lux mun-

77 Zach. II, 3, 4. 78 Dan. VIII, 15, 16. 79 Act. VII, 31. 80 Matth. V, 14. 81 Matth. X, 8.

di<sup>82</sup>, discipuli audierunt. Cui sic respondemus: A Cur ergo, bone vir, dii Deique filii apud Scripturas divinas nuncupati sumus, juxta illud: « Ego dixi, Dii estis, et filii Excelsi omnes<sup>83</sup>? » An igitur desinentes esse natura id quod sumus, ad divinam et ineffabilem substantiam evehemur, et Verbum Dei negantes esse vere Filium, illius loco Patri assidebimus, et gratiam qua nos ornat, impietatis materiam faciemus? Absit. Sed in suis bonis immutabiliter manet Dei Filius: nos autem adoptione filii sumus, et dii per gratiam, non ignorantes id quod sumus, et hoc pacto quoque sanctos lucem esse credimus. Sed illud animadvertendum insuper existimo. Creaturæ rationis compotes accepto lumine illuminant, **75** communicatione doctrinarum quas ex sua mente in aliorum mentem infundunt: quæ illuminatio doctrina jure potius appellanda est quam revelatio. Sed Dei Verbum « illuminat omnem hominem venientem in mundum, » non docendo sicut angeli, verbi gratia, vel homines: sed potius ut Deus, creando, unicuique rei in ortum eductæ sapientiæ sive cognitionis divinæ semen indit, et intelligentiæ radicem inserit, atque ita rationale animal efficit, naturæ illud suæ particeps reddens, et ineffabilis sui splendoris lucidos veluti quosdam vapores ejus animo immittens, ea ratione ac modo quo ipse novit, nihil enim supervacancum hic afferendum puto. Quocirca auctor ille nostri generis Adam, non in tempore, sicuti nos, sapientiam videtur esse consecutus, sed a primo statim ortus sui initio perfecta intelligentia præditus cernitur, dum acceptam divinitus illuminationem illibatam in seipso conservaret, et integram naturæ suæ retineret dignitatem. Illuminat igitur, ut opifex quidem Filius, maxime cum sit ipse lux illa vera, creatura autem participatione cum luce, illuminatur, et idcirco lux dicitur et est, ad res supernaturales evecta, glorificantis Deum, et variis ipsam coronantis honoribus gratia, adeo ut quotquot hunc honorem accepimus jure merito in medium prodire, et magna voce gratias agentes gratulatorio carmine dicere debeamus: « Benedic, anima mea, Domino, et noli oblivisci omnes retributiones ejus: qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas; qui redimit de interitu vitam tuam; qui coronat te in misericordia et miserationibus; qui replet in bonis desiderium tuum<sup>84</sup>. » Facit enim profecto misericordias Dominus, qui res parvas atque abjectas, si naturæ ejusque ratio spectetur, magnas atque mirabiles efficit sua erga ipsas bonitate, quippe qui suis nos cumulare donis voluit, ut Deus, atque idcirco deos et lucem appellavit, aliisque ejusmodi honorum nominibus ornavit. Addit theologus nec frustra, « In mundo erat, » necessariam hinc nobis contemplationem inferens. Cum enim dixerit: « Erat lux

δὸ Σωτηρ; Πῶς δὲ ἑτεροφυής ἡ κτίσις ὡς πρὸς αὐτὸν, ἐπὶ καθάπερ αὐτὸς ὀνόμασται φῶς, οὕτω καὶ τὰ λογικά; « Ὑμεῖς γὰρ ἐστε τοῦ κόσμου τὸ φῶς, » ἤκουον οἱ μαθηταί. Τί οὖν; ὧ βέλτιστε, πάλιν ἐρούμεν αὐτῷ· θεοὶ καὶ Θεοῦ υἱοὶ παρὰ ταῖς θείαις κεκλήμεθα Γραφαῖς, κατὰ τὸ· « Ἐγὼ εἶπα, Θεοὶ ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες; » Ἄρ' οὖν ἀφέντες τὸ εἶναι κατὰ φύσιν, ὅπερ ἐσμὲν, ἐπὶ τὴν θείαν τε, καὶ ἀρρήτον οὐσίαν ἀναθεσόμεθα, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον τῆς κατ' ἀλήθειαν ἐκβάλλοντες υἰότητος, ἀντ' ἐκείνου τῷ Πατρὶ συνεδρεύσομεν, καὶ ὑπόθεσιν ἀσθελαίας τῆν τοῦ τιμῶντος ποιησόμεθα χάριν; Μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἔσται μὲν ἐν οἷσπερ ἐστὶν ἀπαραιοτήτως ὁ Υἱός· θεοὶ δὲ ἡμεῖς εἰς υἰότητα, καὶ θεοὶ κατὰ χάριν, οὐκ ἀγνοοῦντες ὅπερ ἐσμὲν· οὕτω δὲ εἶναι καὶ φῶς τοὺς ἀγίους πιστεύομεν. Χρῆμα δὲ οἷμα· κάκειν διασκαπτομένους ὁρᾶν. Τὰ μὲν γὰρ λογικά τῶν κτισμάτων φωτιζόμενα φωτίζει, κατὰ μετάδοσιν θεωρημάτων τῶν ἐκ νοῦ πρὸς ἑτέραν εἰσχεομένων διάνοιαν, καὶ διδασκαλία μᾶλλον ἤτοι ἀποκάλυψις ὁ τοιοῦτος ἂν δικαίως καλοῖτο φωτισμός. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγος « φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον » οὐ διδασκαλικῶς, καθάπερ ἄγγελοι τυχόν, ἢ καὶ ἄνθρωποι, ἀλλὰ μᾶλλον ὡς Θεὸς δημιουργικῶς ἐκάστῳ τῶν εἰς τὸ εἶναι καλουμένων σπέρμα σοφίας, ἤτοι θεογνωσίας ἐντίθησι, καὶ ρίζαν ἐμφυτεύει συνέσεως, λογικόν τε οὕτως ἀποτελεῖ τὸ ζῶον τῆς οἰκείας φύσεως μέτοχον ἀποδεικνύων, καὶ τῆς ἀφράστου λαμπρότητος ὡσπερ τινὰς ἀτμοὺς φωτεινοὺς ἐνίει· τῷ νῷ, καθ' ὃν αὐτὸς οἶδε τρόπον τε καὶ λόγον· δεῖ γὰρ, οἷμαι, λέγειν ἐν τοῦτοις οὐ παριττά· διάτοι τοῦτο καὶ ὁ προπάτωρ Ἀδὰμ, οὐκ ἐν χρόνῳ, καθάπερ ἡμεῖς, τὸ εἶναι σοφὸς ἀποκερδάνας ὁρᾶται, ἀλλ' ἐκ πρώτων εὐθύς τῶν τῆς γενέσεως χρόνων τέλειος ἐν συνέσει φαίνεται, τὸν δοθέντα τῇ φύσει παρὰ Θεοῦ φωτισμὸν ἀθάλατον ἔτι, καὶ καθαρὸν διασώζων ἐν ἑαυτῷ, καὶ ἀκατήλεστον ἔχων τῆς φύσεως τὸ ἀξίωμα. Φωτίζει τοιγαροῦν, δημιουργικῶς μὲν ὁ Υἱός, ἅτε δὴ τὸ φῶς ὑπάρχων αὐτὸ τὸ ἀληθινόν, κατὰ μετοχὴν δὲ ἡ κτίσις τὴν πρὸς τὸ φῶς ἐκλαμπρύνεται, καὶ καλεῖται διὰ τοῦτο, καὶ γίνεται φῶς, εἰς τὰ ὑπὲρ φύσιν ἀναβαίνουσα διὰ τὴν τοῦ δοξάσαντος χάριν, καὶ διαφόροις αὐτῇ στέφαντος τιμαῖς, ὡς ἔκειν εἰς μέσον εὐλόγως τῶν τιμημένων ἑκαστον, καὶ δὴ χαρακτηριστοῦ ἀνατείνοντα προσευχάς, μεγάλη λοιπὸν ἀναμελεθεῖν τῇ φωνῇ· « Εὐλόγει ἡ ψυχὴ μου τὸν Κύριον, καὶ μὴ ἐπιλανθάνου πάσας τὰς ἀνταποδόσεις αὐτοῦ· τὸν εὐλατεύοντα πάσαις ταῖς ἀνομίαις σου, τὸν ἰώμενον πάσας τὰς νόσους σου, τὸν λυτροῦμενον ἐκ φθορᾶς τὴν ζωὴν σου, τὸν στεφανοῦντά σε ἐν ἐλέει, καὶ οἰκτιροῖς, τὸν ἐμπιπλῶντα ἐν ἀγαθοῖς τὴν ἐπιθυμίαν σου. » Ποιεῖ γὰρ ἔντως ἐλεημοσύνας ὁ Κύριος, τὰ μικρὰ καὶ ἐξουθενημένα, κατὰ γὰρ τὸν τῆς οἰκείας φύσεως λόγον, μεγάλα, καὶ ἀξιοθαύμαστα διὰ τῆς εἰς αὐτὰ χρηστότητος ἀποδεικνύων, ὡσπερ οὖν ἀμέλει καὶ ἡμᾶς τοῖς ἰθίοις αὐτοῦ κατασεμνύνειν ἀγαθοῖς χρῆναι δεῖν ἀφθότως ἐδοκίμασεν ὡς ὁ Θεός,

<sup>82</sup> Matth. v, 14. <sup>83</sup> Psal. LXXXI, 6. <sup>84</sup> Psal. cii, 1-5.



καὶ διὰ τοῦτο θεοὺς τε, καὶ φῶς, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν ἀγαθῶν ἀποκαλεῖ. Εἶτα πρὸς τοῦτω φησὶν, ὅτι καὶ « Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν » ἐπάγει καὶ τοῦτο χρησίμως ὁ θεολόγος, ἀναγκαιοτάτην ἡμῖν δι' αὐτοῦ τὴν θεωρίαν εἰσφέρει [Ἰσ. εἰσφέρων]. Ἐπειδὴ γὰρ ἔφη, « Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ἣν δὲ οὐ σφόδρα τοῖς ἀκρωμένοις συμφανές, πότερὸν ποτε τὸν ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον φωτίζει τὸ φῶς, ἢ αὐτὸ τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὡς ἀπὸ τίνος ἑτέρου τόπου μεταχωροῦν εἰς τὸν κόσμον, τὸν εἰς πάντα ἄνθρώπους ποιεῖται φωτισμόν, ἀναγκαίως ἡμῖν ὁ Πνευματοφόρος ἐκκαλύπτει τὸ ἀληθές, καὶ τῶν οἰκειῶν ῥημάτων διερμηνεύει τὴν δύναμιν, λέγων εὐθύς περὶ τοῦ φωτός, ὅτι « Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν » ἵνα λοιπὸν τὸ ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον « κατὰ τοῦ ἀνθρώπου νοῆς, καὶ μᾶλλον τῆς φωτιζομένης κατηγορητῆς φύσεως, ὡς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι καλουμένης · τόπος γὰρ ὡσπερ τίς ἐστι τοῖς γενητοῖς ἐπινοεῖ θεωρούμενος τὸ μὴ εἶναι ποτε, ἀφ' οὗ δὴ τρόπον τινὰ πρὸς τὸ εἶναι βαδίζοντα, τόπον ἕτερον ἤδη τὸν ἐν ὑπάρξει λαμβάνει. Οὐκοῦν οἰκειότερον τε καὶ πρεπωδέστατον ἢ τῶν ἀνθρώπων ἐτιδέξεται φύσις τὸ ἐκ πρώτων εὐθύς φωτίζεσθαι χρώων, σύνδρομόν τε, καὶ συγκατασκευασμένην τῷ εἶναι λαμβάνει τὴν σύνεσιν παρὰ τοῦ ὄντος ἐν τῷ κόσμῳ φωτός, τοῦτ' ἐστι, τοῦ Μονογενοῦς, ὃς δὴ καὶ ἀρβήτω τῆ τῆς θεότητος δυνάμει τὰ πάντα πληροί, καὶ συμπάρεσι· μὲν ἀγγέλοις ἐν οὐρανῷ, σύνεσι δὲ τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, κενὸν δὲ τῆς αὐτοῦ θεότητος οὐδὲ αὐτὸν ἀφήσει τὸν ἔξῃ, καὶ πανταχῆ τοῖς πᾶσιν ἐπιδημῶν οὐδενὸς ἀπανίσταται, ὡς ἐπὶ τοῦτω καὶ ἴαν ἐικότως ἀποθαυμάζοντα λέγειν τὸν σοφώτατον Μελωδόν· « Πού πορευθῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματος σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου τοῦ φύγω; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, οὐ εἶ ἐκεῖ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ἔξῃ, πάρει· ἐὰν ἀναλάβω τὰς πτέρυγας μου κατ' ὄρθρον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης, καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χεὶρ σου ὁδηγήσει με, καὶ καθέξει με ἡ δεξιὰ σου. » Παντὸς γὰρ τόπου, καὶ πάσης κτίσεως ἢ θεῖα περιδράττεται χεὶρ, συνέχουσα πρὸς τὸ εἶναι τὰ πεποιημένα, καὶ περισφίγγουσα πρὸς ζωὴν τὰ ζωῆς δεδόμενα, καὶ τοῖς συνέσεως δεκτικοῖς· τὸ νοητὸν ἐνσπεύρουσα φῶς. Ἔστι δὲ οὐκ ἐν τόπῳ, καθάπερ ἤδη προείπομεν, οὐδὲ τὴν μεταβατικὴν ὑπομένει κίνησιν· σωματῶν γὰρ ἴδιον τοῦτό γε· πληροὶ δὲ μᾶλλον τὰ πάντα ὡς θεός. Ἄλλ' ἐρεῖ τις πρὸς ταῦτα τυχόν· Τί οὖν φαμεν, ὦ γενναῖε, ὅταν τις ἡμῖν εἰς μέσον ἀγγηλέγοντα τὸν Χριστόν· « Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα; » Τί δὲ ὅταν ὁ Ψαλμῶδς ἀναφθέγγηται· « Ἐξ-ἀπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου; » Ἰδοὺ γὰρ ἐνθάδε σαφῶς αὐτὸς μὲν ἐληλυθῆναι φησὶν εἰς τὸν κόσμον, ὡς οὐκ ὦν ἐν αὐτῷ δηλονότι· πέμπεσθαι δὲ πάλιν ὁ Μελωδὸς ἐλιπαρεῖ τὸν οὐπω παρόντα, κατὰ γε τὸ ἐν τῷ λόγῳ σχῆμα, καὶ τῆς ὡς ἡμᾶς ἀποστολῆς τὴν ἐμφασιν. Πρὸς δὲ τὰ τοιαῦτά φαμεν, ὅτι τῷ Μονογενεῖ θεοπρεπῆς ἀξίωμα περιτιθεῖς ὁ θεολόγος, ἐν τῷ κόσμῳ φησὶν αἰεὶ, καὶ διὰ παντός

A vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, nec 76 auditoribus admodum pateret, utrum intelligendum esset, Hominem venientem in hunc mundum lux illuminat, an Lux vera alio quodam ex loco veniens in hunc mundum: necessario nobis Joannes veritatem exponit, et suorum verborum vim et sensum interpretatur, illico subjiciens de luce: « In mundo erat, » ut illud demum, « venientem in hunc mundum, » intelligatur de homine, et de natura illuminata prædicetur, utpote quæ ex nihilo ad esse vocatur. Locum enim veluti quemdam creaturarum animo concipimus, nimirum aliquando non esse, unde ad esse quodammodo prodeuntes, alium tandem locum in existentia capiunt. Accommodatius ergo atque decentius de natura hominum dici potest, primis statim temporibus illuminari, et unâ cum ipso esse vim etiam intelligendi ab ea quæ in mundo est luce, nimirum Unigenito, suscipere, qui ineffabili deitatis virtute cuncta replet, et est quidem cum angelis in cælo, in terris cum hominibus, nihilque ejus deitate vacuum est, ne ipsis quidem inferis exceptis, et ubique cuncta immeans, a nullo abest, adeo ut vehementer id sapientissimus Psalmista miratus dicat: « Quo ibo a Spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illuc es: si descendero in infernum, ades: si sumpero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua ». Omnem enim locum et omnem creaturam divina manus complectitur, continens et conservans in suo esse res creatas, et vitam infundens iis quæ vita carent, et intelligentiæ capacibus intellectua-lem lucem inserens. Non est autem in loco, sicut antea diximus, nec in eum cadit motus localis (id enim proprium est corporum), sed omnia potius implet, ut Deus. Sed ad hæc forsân dicet aliquis: Quid ergo responsuri sumus, o bonè, si quis loquentem Christum nobis in medium asserat: « Ego lux in mundum veni ». Quid verò cum Psalmista clamat, « Emitte lucem tuam, et veritatem tuam ». Ecce enim ipse hic aperte ait se in mundum venisse, ut qui non esset in ipso nimirum. Mitti autem rursus David rogabat eum qui 77 nondum aderat, ut constat ex loquendi formula, et ipsa missionis ad nos significatione. Ad hæc responde-mus theologum Unigenito dignitatem Deo convenientem tribuere, dum ait in mundo ipsam semper existere, ut vitam per naturam, ut lucem secundum substantiam, perficientem creaturam, ut Deum, non loco circumscriptum, non spatiis definitum, non quantitate coercitum, non ab ullo, ut verbo dicam, comprehensum, neque cui ex uno loco in alium incumbat migrandi necessitas, sed qui prærens sit omnibus, nec ab ullo abest. Ne autem in mundum venisse, quamvis prærens sit

<sup>76</sup> Psal. cxxxviii, 7-10. <sup>77</sup> Joan. xii, 46. <sup>78</sup> Psal. xlii, 3.

in eo, confirmavit ratione incarnationis. « Visus enim est in terra, et cum hominibus conversatus est <sup>88</sup>, » cum carne videlicet, manifestiorem nobis suam præsentiam hoc pacto efficiens, et qui quondam solo intellectu comprehendi poterat, ipsis quoque nunc corporis oculis perceptus crassior, ut ita dicam, cognitionis divinæ sensum nobis intulit dum per miracula et prodigia nobis est agnitus. Nec alia ratione, ut existimo, mitti ad nos Dei Verbum mundum hunc illuminaturum Psalmista rogabat. Illud insuper animadvertendum existimo, nimirum quod omni sermone mens penetrabilior est, et mentis motus lingua acutior. Igitur, mentis subtilitate et acumine, variam quidem naturam divinæ pulchritudinem contemplantur, sed de ipsa humano modo et nostro more loquimur, cum illius veritatis cacumen assequi lingua non possit. Ideoque Paulus ille mysteriorum Salvatoris dispensator, sermonem petebat a Deo ad aperiendum os suum <sup>89</sup>. Nihil ergo naturali Unigeniti dignitati detrahet nostræ orationis inopia, sed omnia de ipso, pro eo ac Deum decet, intelliguntur; quæ vero necesse est eloqui, ea humano more dicuntur, cum ab ipso propter nos, tum a sanctis de ipso, pro modulo naturæ nostræ. Sufficerent quidem ea quæ hactenus diximus ad rerum propositarum explicationem: sed quoniam decere arbitror, ut desideriam vincat calamus divinis dogmatibus inserviens, aegedum ipsam lectionem accuratius perpendamus, quomodo nimirum convenienter intelligatur de homine illud, « Venientem in hunc mundum. » In ipso enim erat lux, sicut ipse quoque nobis **78** testatus est evangelista, neque « venientem in hunc mundum, ad lucem referimus, sed ad hominem qui illuminatur. Aiunt ergo nonnulli, ex corde suo eructantes et non ex ore Domini, sicuti scriptum est <sup>90</sup>, antequam corpora conderentur, in cælo fuisse hominum animas, longo tempore in incorporea felicitate constitutas, et vero bono purius fruentes: sed melioris sortis satietate ac deterioris cupiditate, ad præposteras cogitationes et cupiditates esse delapsas. Indignatum jure Opificem, eas quidem in mundum mittere, et corporibus implicitas, et ad ferendum onus coactas, ac velut in spelunca quadam vehementium cupiditatum inclusas ipso experimento eas docere, quam acerbum sit in pejus deflectere, et rectum nihili facere. Ad astruendum vero tam ridiculum suum commentum, primum omnium locum hunc evangelistæ arripiunt: « Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; » deinde alia quædam ex Scriptura divina, cujusmodi est illud: « Priusquam humiliarer, ego deliqui <sup>91</sup>; » nec illos suæ pudet nugacitatis dum aiunt, Ecce antequam humiliaretur, id est antequam corpore includeretur, se deliquisse fatetur anima, atque idcirco jure merito se humili-

Per lucem veram, hoc est, per Unigenitum factum esse mundum, hic evangelista necessario innuit. Etsi enim ipsum Verbum initio præsertim nuncupavit, omniaque per ipsum facta esse, et sine ipso creatum nihil asseruerit, atque ita factorem et opificem esse ostenderit: necessarium tamen erat istud ipsum rursus quoque hic repetere, ne hæreticis, qui divinorum dogmatum pervertere solent rectam rationem, relinqueretur locus perditionis et erroris. Nam cum dixerit de luce, quod in mundo erat, ne quis in absurdas sententias dictum pertrahens, unam partium hujus mundi lucem illam suspicari posset, cujusmodi sol, luna et stellæ, verbi gratia, in mundo quidem sunt, sed tanquam partes mundi, ac velut unius membra corporis, utiliter ac necessario evangelista rerum statim auctorem ac totius mundi opificem infert Unigenitum, his verbis nos rursus confirmans, et quasi manu ducens ad certam et rectam veritatis comprehensionem. Quis enim adeo rudis ac stupidus erit ingenio, ut non plane diversum a mundo existimet eum per quem factus esse dicitur, et partes suas creaturæ tribuat, opificem autem ratione separet, et divinam ejus naturam imaginetur esse? Aliud enim oportet esse natura opus a factore, ne videatur idem esse quod **87** facit cum eo quod efficitur. Si enim idem esse censeatur, nullo quoad essentialitatem intercedente discrimine, evenetur quidem id quod factum est ad facientis naturam, et in creaturarum naturam Creator descendet; neque jam solus rerum auctor ac parens erit, sed istud ipsum quoque rebus creatis inesse potentia comperietur, si nulla plane ratio illas a consubstantialitate cum ipso sejungit; atque ita demum suiipsius creatura creatrix erit, ac nudam Unige-

<sup>15</sup> Rom. v, 12 <sup>16</sup> Luc. xi, 18. <sup>16</sup> Sap. i, 13.

<sup>16</sup> Sap. ii, 24.

nito dignitatem evangelista tribuet dicens, quod « in mundo erat, et mundus per ipsum factus est. » Sed norat unum esse natura universi opificem : non ergo unum esse censebitur apud recte credentes, opus et factor, Deus et conditor, sed illud quidem subjicietur servi in morem, naturæ suæ modum non ignorans : ei autem Filii imperabit, qui solus cum Patre potest res e nihilo ad esse vocare, et quod nondum existit ineffabili virtute in ortum producere. Quod autem Deus secundum naturam existens Filius alius utique sit a creatura, in libro *De sancta Trinitate* cum jam abunde tractaverimus, nihil superfluum hic afferemus. Illud tamen utiliter addemus, quod cum ait mundum ab ipso factum esse, ad cogitandum de Patre nos adducit, et cognitionem ejus Ex quo, una cum eo Per quem, nobis infert. Omnia enim a Patre sunt per Filium in sancto Spiritu.

αὐτοῦ τὸν κόσμον παποῖησθαι λέγων, εἰς ἔννοιαν τῶ δι' οὐ τὸν ἐξ οὐ. Πάντα γὰρ παρὰ Πατρὸς δι' I, 10. *Et mundus eum non cognovit.*

Prudenter hic rursus evangelista sancto Spiritu afflatus, quorundam nugas antevertere conatur. Docendi autem rationem non parum mirabere. Lucem veram nuncupavit Filium, eumque omnem hominem venientem in hunc mundum illuminare confirmavit; addit quod et « In mundo ipse erat, et mundus per ipsum factus est. » Sed illico nobis adversariorum quidam objiciet : Si lux erat Verbum, et cujusvis hominis cor illuminat, ad agnitionem Dei videlicet et scientiam hominis naturæ congruentem, et si in hoc mundo semper erat, et mundi opifex existebat, quomodo ignoratum est, et quidem tantis temporum spatiis? Igitur non illuminabat, sed neque lux plane erat. His confestim occurrit Theologus, dicens : « Mundus eum non cognovit. » Ipse quominus agnosceretur, inquit, in causa non fuit : sed infirmitati **SS** suæ id mundus ascribat. Illuminat enim Filius, sed gratiam retundit creatura : oculos accepit, quibus naturalem Deum intelligeret, sed eo munere abusa, in sola creaturarum contemplatione hæsit : ulterius ferri noluit, illuminationem pigritia obruit, neglexit gratiam <sup>17</sup>, quod ne sibi contingat, vigilare Pauli discipulus admonetur. Nihil ergo ad lucem illuminatorum improbitas. Quemadmodum enim solis lumen cunctis oboritur, sed nihil cæcus utilitatis inde accipit : non tamen proinde consentaneum esse dixeris solis accusare splendorem : quin potius ad oculorum vitium id referemus. Ille enim illuminat, hi lucem non capiunt; sic etiam de Unigenito statuendum arbitror, nimirum ipsum lucem esse veram, sed deum hujus sæculi, ut loquitur Paulus, excæcasse mentes infidelium, ne illuminatio cognitionis divinæ in ipsis fulgeat <sup>18</sup>. Excæcatum autem hic dicimus hominem, non quod plane sit luce orbatus (servatur enim in natura divinitus

σεται, εἴπερ ὅλων οὐδεὶς αὐτὰ τῆς πρὸς Θεὸν ἁμοουσιότητος ἀποδιελεῖ τρόπος· οὕτω τε λοιπὸν ἑαυτῆς ἢ κτίσις ἔσται δημιουργὸς, καὶ ψιλὸν περιθῆσει τῶ Μονογενεῖ τὸ ἀξίωμα λέγων ὁ εὐαγγελιστῆς, ὅτι, καὶ « Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο. » Ἄλλ' οἶδεν ἕνα κατὰ φύσιν ὄντα τῶν ἀπάντων δημιουργόν. Οὐκ ἄρα ταυτὸν ἂν νοοῖτο ποτε παρὰ γε τοῖς εἰδόσι πιστεύειν ὀρθῶς, ποιήμα καὶ ποιητῆς, Θεὸς καὶ κτίστης. ἀλλ' ἡ μὲν ὑποκείμεται δουλοπρεπῶς, τὸν τῆς οικείας φύσεως ὄρον ἐπιγινώσκουσα· βασιλεύσει δὲ ἐπ' αὐτὴν ὁ Υἱὸς, μόνος ἔχων μετὰ τοῦ Πατρὸς τὸ δύνασθαι καὶ ὡς ὄντα τὰ μὴ ὄντα καλεῖν, καὶ τὸ μὴπω ὑπάρχον ἀρρήτην δυνάμει παράγειν εἰς γένεσιν. Ὅτι δὲ ὑπάρχον κατὰ φύσιν Θεὸς ὁ Υἱὸς, ἕτερος δὴπου πάντως ἔστι παρὰ τὴν κτίσιν, ἀρκούντως ἤδη διεληφότες ἐν τῷ *Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος λόγῳ*, περιττὸν ἐν τούτοις ἐροῦμεν οὐδέν· πλὴν ἐκεῖνο χρησίμως προσθήσομεν, ὅτι δι' ἡμᾶς ἀναφέρει τὴν περὶ Πατρὸς, καὶ συνεισφέρει Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι.

*Καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω.*

Νῆφει πάλιν ὁ πνευματοφόρος, φθάνειν ἐπιέγεται τὰς παρὰ τινων εὐρεσιλογίας· θαυμάσεις δὲ λίαν τὸν ἐν τοῖς θεωρήμασι λογισμόν. Φῶς ἀληθινὸν ἀπεκάλεσε τὸν Υἱὸν, δισχυριστὸ τε φωτίζειν αὐτὸν πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον· πρὸς δὲ γε τούτῳ, ὅτι καὶ « Ἦν ἐν τῷ κόσμῳ » φησὶν, « καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο. » Ἄλλ' εἶπεν ἂν τις εὐθύς ἡμῖν τῶν δι' ἐναντίας· Εἰ φῶς ἦν ὁ Λόγος, ὡ οὔτοι, καὶ εἰ φωτίζει πάντες ἀνθρώπου καρδίαν, εἰς θεογνωσίαν δηλονότι καὶ εἰς σύνεσιν ἀνθρωποπρεπῆ, καὶ εἶπερ ἦν ἀεὶ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ αὐτὸς ἦν ἐργάτης αὐτοῦ, πῶς ἠγνοήθη, καὶ εἰς χρόνους οὕτω μακροῦς; οὐκοῦν οὐκ ἐφώτιζεν, ἀλλ' οὐδὲ ὅλων ὑπῆρχε τὸ φῶς αὐτός. Πρὸς δὲ τὰ τοιαῦτα θερμότερον ὁ θεολόγος ὑπαντιάζει, λέγων· « Ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. » Οὐκ αὐτὸς δι' ἑαυτὸν ἠγνοήθη, φησὶν· αἰτιασθῶ δὲ ὁ κόσμος τὴν οικίαν ἀσθένειαν. Φωτίζει μὲν γὰρ ὁ Υἱὸς, ἀπαμύδνυει δὲ τὴν χάριν ἢ κτίσις. Ἐδανείζετο τὸ βλέπειν, ἵνα τὸν κατὰ φύσιν νοήσῃ Θεὸν, καὶ δεδαπάνηεν ἀσώτως τὸ δῶδεν, μέχρι τῶν ποιημάτων ἔσθησε τῆς θεωρίας τὸ μέτρον· ἐνάρχησε τὸν ἐπέκεινα δρόμον, κατέχασε βιβθυμίας τὸν φωτισμόν, ἠμέλησε τοῦ χαρίσματος, ὅπερ ἵνα **D** μὴ πάθοι, νῆφει ὁ Παῦλος κελεύει τῷ κτελεῖν μαθητῆ· οὐδὲν οὖν ἄρα πρὸς τὸ φῶς ἢ τῶν φωτισθέντων φαυλότης. Ὅνπερ γὰρ τρόπον, ἀνίσχει μὲν ἅπασι τοῦ ἡλίου τὸ φῶς, ὠφελεῖται δὲ οὐδὲν ὁ τυφλὸς, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο τῆς ἡλιακῆς ἂν εὐλόγως κατηγορησάμεν αὐγῆς· αἰτιασώμεθα δὲ μᾶλλον τὸ τῆς ὄψεως πάθος (ἢ μὲν γὰρ ἐφώτιζεν, ἢ δὲ τὸν φωτισμόν οὐκ ἐδέχτο)· οὕτως οἶμαι δεῖν καὶ ἐπὶ τοῦ Μονογενοῦς ἐννοεῖν, ὅτι φῶς μὲν ἔστι τὸ ἀληθινόν, ὁ δὲ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, καθὰ καὶ ὁ Παῦλος φησὶν, ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμόν ἐν αὐτοῖς τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. Τύφλωσιν δὲ φάμεν τὴν ἐν τούτοις ὑπocστήναι τὸν ἄνθρωπον,

<sup>17</sup> I Tim. iv, 14. <sup>18</sup> II Cor. iv, 4.

οὐκ εἰς ὀλόκληρον τοῦ φωτὸς ἐρημίαν ἐρχόμενον (σώζεται γὰρ ἐν τῇ φύσει πάντως ἡ θεόδοτος σύνεσις)· ἀλλ' εἰς ἕξιν ἀμαθεστέραν κατασθεν[ν]ύμενον, καὶ ταῖς ἐπὶ τὰ χεῖρω παρατροπαῖς καταμαραίνοντάς πως καὶ κατατῆκοντα τὸ τῆς χάριτος μέτρον· διὰ τοῦτο καὶ ὁ σοφώτατος Μελῳδός, ὅτε τὸν τοιοῦτον ἡμῖν ἄνθρωπον ὑπακρίνεται, τότε δὴ καὶ δικαίως καταφωτίζεσθαι παρακαλεῖ, λέγων ὡς πρὸς Θεόν· « Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμασιά σου ἐκ τοῦ νόμου σου· » νόμον γὰρ εἰς βοήθειαν ἔδωκε, τὸ θεῖον ἐν ἡμῖν ἀναζωπυρήσαντα φῶς, καὶ ὡσπερ τινὰ λήμην τῶν ἀλγῶν τῆς καρδίας ὀφθαλμῶν ἐκκαθαίροντα τὸν ἐξ ἀρχαίας ἀμαθίας ἐπισκήψαντα σκοτισμόν. Ἀχαριστίας οὖν ἅμα καὶ ἀναισθησίας ὁ κόσμος ἐν τούτοις ὑπομένει· γραφὴν, καὶ τὸν οἰκεῖον ἀγνοήσας γενεσιουργόν, καὶ τὸν ἐκ τοῦ πεφωτισθαι καρπὸν οὐκ ἀγαθὸν ἐπιδείξας, ἵνα φανῆται λοιπὸν ἐπ' αὐτῷ κἀκεῖνο πάλιν ἀληθές, τὸ ἐφ' υἱοῖς Ἰσραὴλ διὰ προφητικῆς ἠδόμενον φωνῆς· « Ἐμείνα τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας. » Ἦν γὰρ ὄντως ὁ τοῦ πεφωτισθαι καρπός, ἡ ἀληθὴς περὶ τοῦ Μονογενοῦς διάληψις, σταφυλὴ τις ὡσπερ κληματίδος ἐξηρητημένη, τῆς ἀνθρώπου ἔλκουσα πλάνην ἀβουλλία, ὀξείας ἀκάνθης δίκην ἐν ἀπάταις τὸν νοῦν.

Εἰς τὰ ἴδια ἤλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον.

Ἐπιτείνει τὴν ἀπολογία ὁ εὐαγγελιστὴς τοῦ μὴ ἐγνωκέναι τὸν κόσμον τὸν φωτίζοντα αὐτὸν, τοῦτ' ἐστὶ, τὸν Μονογενῆ, καὶ ἀπὸ τῆς χείρονος τῶν ἐξ Ἰσραὴλ ἀμαρτίας, καὶ τὰ τῶν ἐθνῶν ἐγκλήματα κρατύνειν ἐπιτίθεται, καὶ τὴν ἐπισκήψασαν τῷ κόσμῳ δυσμαθείας τε ὁμοῦ καὶ ἀπειθείας ἐπιδεικνύει νόσον. Εὐαφρόμως δὲ λίαν εἰς τὸν περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως εἰσελαύνει λόγον, καὶ καθέρπει λοιπὸν ἐξ ἀκράτου θεολογίας εἰς ἐξηγήσιν οἰκονομίας τῆς μετὰ σαρκώσεως, ἣν ἐποίησατο δι' ἡμᾶς ὁ Υἱός. Θαυμαστὸν γὰρ οὐδὲν, εἰ μὴ ἔγνω, φησὶν, ὁ κόσμος τὸν Μονογενῆ, τῆς μὲν ἀνθρώπων πρεπούσης συνύσεως ἐκδεδραμῆκώς, καὶ ὅτι μὲν ἐν τιμῇ τέ ἐστι καὶ γέγονεν οὐκ εἰδώς, παραβληθεὶς τε τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καθάπερ οὖν καὶ ὁ θεὸς ἔφασκε Μελῳδός, ὅπου καὶ αὐτὸς ὁ προσήκειν ἰδίως αὐτῷ παρὰ πᾶσι νοηθεὶς λαὸς ἀπεσεύσατο παρόντα μετὰ σαρκός, καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ πάντων ἐπιδημήσαντα λαβεῖν οὐκ ἠθέλησε, τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν τῆς πίστεως ἀντιδιδόντα. Ἐπιτίθεται δὲ ὅπως γέγονεν ἀσφαλῆς ὁ περὶ τούτων λόγος. Τοῦ μὲν γὰρ κόσμου τὸ μηδὲν εἰδέναι τὸν φωτίζοντα κατηγορεῖ, συγγνώμην ὡσπερ αὐτῷ δικαίως διὰ τούτου πραγματευόμενος, καὶ τῆς δοθείσης αὐτῷ χάριτος ἀφορμὰς εὐλόγους προδιοικούμενος· ἐπὶ δὲ ἐφ' τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, οἳ καὶ ἐν μέρει τῶν ἰδίως αὐτῷ προσηκόντων ἐτετάχοντο, τὸ « Οὐ παρέλαβον » τίθησιν· οὐ γὰρ ἦν ἀληθεύοντα λέγειν, « Οὐκ ἔγνωσαν, » νόμου μὲν ἀρχαιοτέρου κηρύττοντος, προφητῶν δὲ τῶν μετ' ἐκείνων παιδαγωγούντων αὐτοὺς ἐπὶ τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν. Δίκαιον οὖν ἄρα καὶ ἐπ'

A data intelligentia), sed quod inertiae habitu extinguitur ea lux, et conversione ad vitia marcescat gratiae modus atque contabescat. Quocirca sapientissimus Psalmista, istiusmodi hominis personam agens, jure a Deo illuminari petit his verbis: « Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua 19. » Legem quippe in auxilium dedit, quae divinum in nobis lumen excitet, et veteris inscitiae caliginem ceu lippitudinem quamdam ex oculis cordis detergat. Ingrati ergo animi et stuporis mundus hic postulatur, qui et suum auctorem ignoravit, et illuminationis suae fructum non bonum edidit, ut illud de ipso demum jure dici possit quod de filiis Israel prophetica voce praedicatur: « Expectavi ut faceret uvam et fecit spinas 20. » Fructus enim illuminationis istius, Unigeniti certe erat agnitio, non secus ac uva, ex hominis mente nimirum ceu malleolo pendens, non autem illa temeritas, quae hominum genus ad astruendos multiplices deos pertrahit, instar aculeatae spinae in nobis suboritur et animum erroribus ad mortem vulnerat.

διανοίας, φημι, καὶ οὐχὶ τὸ ἐναντίον, ἢ εἰς πολὺθεον ἡμῖν ἀνατέλλουσα, καὶ πλήττουσα πρὸς θάνατον ταῖς

89 I, 11. In propria venit et sui eum non receperunt

Pergit evangelista in reddenda ratione, cur mundus non agnoverit eum a quo illuminatur, hoc est Unigenitum, et proposito graviore peccato Israelitarum, gentium quoque culpam confirmare nititur, et incubuisse mundo inscitiae simul et incredulitatis morbum ostendit. Valde autem apposite ad mentionem de incarnatione faciendam subit, et a purissima illa theologia irrepit demum ad explicandam incarnationis dispensationem, quam propter nos fecit Filius. Mirum quippe nihil est, inquit, si mundus Unigenitum non agnoverit, qui a recta intelligendi via deflexerit, et suae dignitatis ignarus comparatus sit jumentis insipientibus, ut divinus Psalmista cecinit 21, cum ipse quoque populus, quem sibi praeceteris peculiarem elegit Deus, in carne praesentem abjecerit, et eum qui ad omnium salutem advenerat excipere noluerit, quamvis fidem regno caelorum remuneraret. Adverte vero quam solida sint ea quae hic ab evangelista dicuntur. Mundum accusat, quod illuminantem nullo modo cognoverit, justam ei veniam hoc pacto veluti quaerens, et excusationes legitimas datae ei gratiae striuens. De Israelitis vero, quos in peculiarem sortem sibi Deus asciverat, scribit: « Non receperunt. » Non enim vere dicere poterat, « Non cognoverunt, » prisca lege praedicante, et post eam prophetis ad veritatis comprehensionem illos erudiantibus. Aequum ergo fuit in eos iudicii severitatem adhibere, ut nimirum erga gentes bonitatem. Mundus enim, sive gentes, concursu ad

19 Psal. cxviii, 18. 20 Isa. v, 2. 21 Psal. xlviii, 13.

vitium Dei conjunctione orbatæ, id etiam damni insuper acceperunt, quod illuminantem non agnoverunt. Judæi vero, cognitione ejus per legem accepta, et ad vitæ genus Deo gratum vocati, ultro demum in ejus ignorationem quem jam agnoverant inciderunt, et ad propria veniens Dei Verbum non receperunt. Proprius enim Deo est universus orbis, in quantum ab ipso creatus, et ex ipso, et per ipsum in ortum est vocatus: sed Israel convenientius quodammodo proprius ejus vocabitur, eamque prærogativam habiturus **90** est cum ob sanctos patres ex eo populo delectos, tum quod principium atque primogenitus dictus sit filiorum Dei. « Filius enim primogenitus meus Israël <sup>91</sup>, » inquit alicubi ad Moysen Deus: quem sane velut unum et eximium sibi rursus tribuens, suum populum nuncupavit. « Dimitte populum meum <sup>92</sup>, » inquit ad Pharaonem Ægypti tyrannum. Præterea ex libris Mosaicis ejusce rei veritas patebit: « Quando, inquit, dividebat Altissimus gentes, quando disseminavit filios Adam, constituit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei. Et facta est pars Domini populus Jacob: funiculus hæreditatis ejus Israël <sup>93</sup>. » Ad quem etiam venit, ceu in propriam sortem et ad proprium funiculum, dicens: « Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt, domus Israël <sup>94</sup>. » Qui cum gratiam repudiassent, ad gentes se transtulit. Ita mundus quidem per penitentiam ac fidem illuminatur, cum principio ipsum ignoravit: sed Judæorum populus ad tenebras, unde educus fuerat revertitur. Ideoque Salvator quoque dicebat: « In judicium ego in mundum hunc veni, ut qui non vident, videant, et qui vident cæci fiant <sup>95</sup>. »

1, 12. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine ejus.*

Justum revera judicium, ac Deo dignum. Primogenitus ille Israel abjicitur. Noluit enim perstare in conjunctione cum Deo, neque Filium excepit ad propria venientem: nobilitatis largitorem reprobavit, auctorem gratiæ repulit, quem gentes receperunt per fidem. Quare dementiæ suæ auctoramentum Israel jure merito recipiet: lugebit jacturam bonorum, acerbum temeritatis suæ fructum colliget adoptione filiorum Dei nudatus: contra vero fidei bonis gentes perfrentur, luculenta obsequii sui præmia consequentur, et in ejus locum transplantantur. Excidentur enim ex naturali oleastro, sed frugifera oleæ supernaturali inserentur. Et audiet quidem Israel: « Væ, gens peccatrix, populus peccatorum plenus, semen pravum, filii scelesti, dereliquistis Dominum, et ad iracundiam concitastis sanctum Israel <sup>97</sup>. » Gentes autem, e Christi discipulis quidam compellabit his verbis: « Vos au-

<sup>90</sup> Exod. iv, 22. <sup>91</sup> Exod. viii, 4. <sup>92</sup> Deut. xxxii, 8, 9. <sup>93</sup> Matth. xv, 24. <sup>94</sup> Joan. ix, 39. <sup>95</sup> Isa. i, 4.

αὐτοῖς τῆς ἀποτομίας τὸ κρίμα, καθάπερ ἀμύλει καὶ ἐπὶ τῶν ἐθνῶν ἡ χρηστότης. Ὁ μὲν γὰρ κόσμος, ἦτοι τὰ ἔθνη, τὴν πρὸς Θεὸν οἰκειώσιν ἀπολέσαντα διὰ τῆς εἰς φαυλότητα καταδρομῆς, καὶ τὸ εἰδέναι προσεζημώθη τὸν φωτίζοντα αὐτὰ· οἱ δὲ διὰ νόμου τὴν γνῶσιν καταπλουτήσαντες, καὶ εἰς τὴν θυμῆρῃ τῷ Θεῷ πολιτείαν ἀνάκεκλημένοι, λοιπὸν ἔχοντες ἐσφάλλοντο, τὸν ἡδὴ γνωσθέντα καὶ ὡς ἐν ἰδιοῖς ἐπιδημήσαντα τοῦ Θεοῦ Λόγον οὐ παραδεξάμενοι. Ἴδιος μὲν γὰρ σύμπασις ὁ κόσμος ἐστὶ τῷ Θεῷ, κατὰ τε τὸν τοῦ πεποιῆσθαι λόγον, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ παρῆλθαι πρὸς γένεσιν· πρεπιωδέστερον δὲ πως ὁ Ἰσραὴλ τῷ τῆς ἰδιότητος ἀποκεκλησέται λόγῳ, καὶ τὴν ἐπὶ τούτῳ δέξαν ἀποκληρώσεται, διὰ τε τὴν τῶν ἁγίων Πατέρων ἐκλογὴν, καὶ διὰ τὸ ἀρχὴ καὶ πρωτότοκος ὠνομάσθαι τῶν τοῦ Θεοῦ τέκνων· Ἰδὲ γὰρ πρωτότοκός μου Ἰσραὴλ, » φησὶ που πρὸς Μωσέα Θεός, ὃν δὴ καὶ ὡς ἓνα καὶ ἐξαιρετον ἑαυτῷ πάλιν ἀνατίθεις, ἴδιον ὠνόμαζε λαόν· « Ἐξεπέσταλλον τὸν λαόν μου, » πρὸς Φαραὼ τὸν Αἰγύπτου τύραννον εἰπὼν. Δεικνύει γὰρ μὴν ἰδίως ἀνήκοντα τῷ Θεῷ τῶν [ἡγ. τὸν] Ἰσραὴλ, καὶ ἐκ Μωσαϊκῶν βιβλίων λόγος ἀληθής. « Ὅτε γὰρ, φησὶ, διεμέριζεν ὁ Ὑψίστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὄρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. Καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ, σχολισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραὴλ· ὃν καὶ ἐπεφοίτησεν, ὡς ἐν ἰδίῳ κλήρῳ καὶ ἐν ἰδίῳ σχολισματι, λέγων· « Οὐκ ἀπεσάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ. » Ἐπειδὴ δὲ οὐ παρεδέχθη, τὴν χάριν εἰς τὰ ἔθνη μεθίστησι, καὶ φωτίζεται μὲν ὁ κόσμος διὰ μεταβολίας καὶ πίστεως, ἀγνοήσας αὐτὸν ἐν ἀρχῇ, πάλιν δρομεὶ δὲ ὁ τῆς . . . . . εἰς τὸν ὅσον ἐκδέχεται σκότον· διὸ δὴ καὶ ἐφασκεν ὁ Σωτὴρ· « Εἰς κρίμα ἐγώ, εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. »

Ἅσσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

Κρίμα δίκαιον ὄντως καὶ θεοπρεπές. Ὁ πρωτότοκος Ἰσραὴλ ἐκρίπτεται. Οὐ γὰρ ἠθέλησεν ἐν οἰκειότητι διαμείναι τῇ πρὸς τὸν Θεόν, οὐδὲ προσήκατο τὸν Ἰδὸν, ὡς ἐν ἰδιοῖς ἐπιδημήσαντα· τὸν τῆς εὐγενείας ἀπεδοκίμασε χορηγόν, τὸν δοτῆρα τῆς χάριτος ἀψάσατο, προσεδέξατο δὲ τὰ ἔθνη διὰ τῆς πίστεως. Οὐκοῦν ἔξει μὲν εἰκότως ὁ Ἰσραὴλ τὰ τῆς ἀπονοίας ὀφώνια· θρηνήσει τῶν ἀγαθῶν τὴν ζημίαν· πικρὸν ἀπολήψεται τὸν τῆς αὐτοῦ δυσουλίαν καρπὸν, τῆς υἰοθεσίας ἀπογομνούμενος· ἐντροφήσει δὲ τὰ ἔθνη τοῖς ἐκ πίστεως ἀγαθοῖς, λαμπρὰ τῆς ὑπακοῆς εὐρήσει τὰ γέρα, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνου μεταμοσχευθήσεται τόπον· ἐκκοπήσεται μὲν γὰρ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἀγριελαιῦ, καλλιελαιῦ δὲ τῇ παρὰ φύσιν ἐγκεντρισθήσεται, καὶ ἀκούσεται μὲν ὁ Ἰσραὴλ· « Οὐαὶ ἔθνος ἀμαρτωλὸν, λαὸς κλήρης ἀμαρτιῶν, σπέρμα πονηρὸν, υἱοὶ ἄνομοι, ἐγκαταλίπετε τὸν Κύριον, καὶ παρωργίσατε τὸν ἄγιον τοῦ Ἰσραὴλ. »

Ἐπεὶ δὲ τις πρὸς τὰ ἔθνη τῶν Χριστοῦ μαθητῶν· Ἔμεις δὲ γένος ἰσραηλῶν, βασιλείου ἱεράτευμα, ἔθνος ἄγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ἐνὰ τὰς ἀρετὰς ἐξαγγεῖλτος τοῦ ἐκ σκότους ὁμῶς καλοῦντος εἰς τὸ θαυμαστόν αὐτοῦ φῶς. Ἐπειδὴ γὰρ παρεδέξαντο διὰ τῆς πίστεως τὸν Υἱὸν, δέχονται τὴν ἐξουσίαν τοῦ ἐν τέχνῳ τετάχθαι Θεοῦ· διδασκί γε μὴν ὁ Υἱὸς τὸ μόνον καὶ ἰδίως αὐτῷ καὶ κατὰ φύσιν ὑπάρχον ἐξουσιαστικῶς, εἰς κοινωνίαν προθεῖς, ὡς περ εἰκόνα φιλανθρωπίας τῆς ἐνσύνης αὐτῷ καὶ τῆς εἰς τὸν κόσμον ἀγάπης τὸ πρῶτον ποιούμενος. Οὐ γὰρ ἦν ἐτέρως διαφυγεῖν τὴν φθορὰν, τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ τοὺς φορέσαντας, εἰ μὴ τῆς εἰκόνης τῆς ἐπουρανοῦ, διὰ τοῦ κεκλησθαι πρὸς υἰοθεσίαν, τὸ κάλλος ἡμῶν ἐνεσημάνθη. Μήττοις γὰρ γεγονότες αὐτοῦ διὰ τὸ Πνεῦματος, κατεσφραγισθῆσαν εἰς θμιοσύνην πρὸς αὐτὸν, καὶ εἰς τὸ ἀρχέτυπον τῆς εἰκόνης· . . . . . νομον σχῆμα, καὶ ἦν περ ἡμᾶς καὶ πεποιθῆσθαι φησιν ἡ θεία Γραφή. Μάλιστα γὰρ οὕτω τὸ ἀρχαῖον τῆς φύσεως ἀνακομιδόμενοι πάλλοι, καὶ πρὸς τὴν θεῖαν ἐκείνην ἀναμορφωθέντες φύσιν, κρείττους ἐσόμεθα τῶν ἐκ παραβάσεως ἡμῶν συμβεθεκῶτων κακῶν. Οὐκοῦν ἀναβαίνομεν εἰς τὸ ὑπὲρ φύσιν ἀξίωμα διὰ Χριστὸν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐκείνον ἀπαλλάκτως ἐσόμεθα καὶ ἡμεῖς υἱοὶ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς πρὸς ἐκείνον διὰ τῆς κατὰ μέμνησιν χάριτος· ὁ μὲν γὰρ ἔστιν Υἱὸς ἐκ Πατρὸς ὑπάρχων ἀληθινός, ὅσοι δὲ ἡμεῖς ἐκ φιλανθρωπίας, ὡς ἐν χάριτος μοίρᾳ λαμβάνοντες τὸ· Ἐγὼ εἶπα· Θεοὶ ἐστε καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες. Ἡ μὲν γὰρ πεποιτημένη καὶ δούλη κτίσις, καλεῖται πρὸς τὰ ὑπὲρ φύσιν νουματι γυνῶν καὶ θελήσει τοῦ Πατρὸς· ὁ δὲ Υἱὸς καὶ Θεός, καὶ Κύριος, οὐκ ἐν τοῖς θελήμασι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὐδέ ὅσον εἰς τὸ βεβουλησθαι μόνον αὐτὸν, τὸ εἶναι Θεός καὶ Υἱὸς κεκτῆσεται, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς οὐσίας ἀναλάμψας τοῦ Πατρὸς, τὸ ἴδιον αὐτῆς ἀγαθὸν κατὰ φύσιν ἐπάγειται. Ὅραται δὲ πάλιν Υἱὸς ὑπάρχων ἀληθινός, καὶ τῆ πρὸς ἡμᾶς ἀντιπαραθέσει δοξαζόμενος. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ φύσει λόγον ἕτερον ἔχει τῷ κατὰ θέσιν, καὶ τῷ κατὰ μέμνησιν τὸ κατ' ἀλήθειαν, υἱοὶ δὲ ἡμεῖς κεκλημέθα Θεοῦ κατὰ θέσιν, καὶ κατὰ μέμνησιν· κατὰ φύσιν ἄρα καὶ κατὰ ἀλήθειαν αὐτὸς, ᾧ καὶ ταῦτα γεγονότες ἀντιπαρακαίμεθα, τὸ ἐκ χάριτος ἀγαθὸν ἀντὶ φυσικῶν ἀξιωμάτων ἀποκερδαίνοντες.

Οἱ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγενήθησαν.

Οἱ διὰ πίστεως, φησὶ, τῆς εἰς Χριστὸν εἰς υἰοθεσίαν κεκλημένοι Θεοῦ, τῆς μὲν οικείας φύσεως τῆς εὐτέλειαν ἀπεδύσαντο, κατηγλατισμένοι δὲ ὡς περ ἄμφω λαμπρῶ τῆ τοῦ τιμώντος χάριτι, πρὸς τὸ ὑπὲρ φύσιν ἀναβαίνουσιν ἀξίωμα. Οὐ γὰρ ἐτι χρηματίζουσι τέκνα σαρκὸς, Θεοῦ δὲ μάλλον κατὰ θέσιν γεννήματα. Ἐπιτήρει δὲ ὅσην ὁ μακάριος εὐαγγελιστῆς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις ἐποίησατο τὴν ἀσφάλειαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐμελλεν εἶπαι ἐκ Θεοῦ γεγενῆσθαι τοὺς

A tem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, 91 ut virtutes ejus annuntietis, qui vos à tenebris vocavit in lucem admirabilem 20. » Cum enim Filium exceperint per fidem, potestatem accipiunt ut inter filios Dei collocentur. Enimvero dat Filius ut sint potestate id quod sibi uni proprie et secundum naturam inest, in commune quodammodo proponens, in signum benignitatis suæ in homines et erga mundum charitatis. Non enim aliter possemus corruptionem fugere, qui terreni gestamus imaginem, nisi pulchritudo imaginis cœlestis illius impressa nobis esset ex eo quod vocati sumus ad filiorum Dei adoptionem 26. Participes enim ejus facti per Spiritum, ob signali sumus in similitudinem cum ipso, et ad exemplarem formam illius imaginis conscendimus, ad quant nos quoque factos esse ait divina Scriptura 20. Sic enim tandem veteri nature pulchritudine recuperata, et ad divinam illam reformati naturam, ea mala superabimus quæ nobis ex prævaricatione contigerunt. Igitur ad dignitatem supernaturalem ascendimus propter Christum, verumtamen non sicut ille, nullo plane discrimine nos quoque futuri sumus Dei filii, sed ad ejus similitudinem, per gratiam nimirum, qua illum imitando representamus. Est enim verus ille Filius, existens a Patre, sed nos ejus benignitate adoptivi, gratiæ loco id accipientes : « Ego dixi : Dii estis, et filii Excelsi omnes 21. » Creati quippe et serva natura ad res supernaturales vocamur solo nutu ad voluntate Patris : Filius autem, et Deus, et Dominus, non Dei ac Patris nutu, nec ejus sola voluntate id habet quod Deus sit, sed cum ex ipsa substantia Patris effluerit, propriam ejus bonum secundum naturam sibi assicit. Rursus hunc verum esse Filium nostri comparatione cognoscimus. Cum enim id quod est natura diversæ rationis sit ab eo quod est adoptione, et id quod ex imitatione cum eo quod est veritate, nos autem filii Dei nuncupemur per adoptionem, et ex invitatione, natura igitur et veritate est ipse, cui nos, cum isthæc simus, multo opponimur, pro naturali dignitate scilicet gratiæ bonum consecuti.

I. 13. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

Qui per fidem, inquit, in Christum 92 vocati sunt in adoptionem filiorum Dei, propriæ quidem nature vilitatem exuerunt, Dei que honorantis gratia ceu splendida quadam veste conspicui, ad supernaturalem dignitatem evehuntur. Non enim amplius carnis filii, sed Dei potius adoptiva soboles nuncupantur. Adverte vero quanta cautela in sermonibus suis beatus evangelista usus sit. Cum enim dicturus esset ex Deo natos esse fideles, ne

20 I Petr. 11, 9. 21 I Cor. xv, 49 ; Galat. iv, 5.

20 Hebr. 111, 14. 21 Psal. cxxxi, 6.

quis eos putaret ex Dei ac Patris substantia revera genitos, et per omnia similes esse Unigenito, aut etiam de illo abusive dici : « Ex utero ante Luciferum genui te » ; » atque ita demum in creaturarum naturam ipse quoque detruderetur, licet a Deo genitus dicatur, idcirco hanc cautionem excogitat. Cum enim potestatem a naturali Filio datam iis esse dixerit, ut filii Dei fierent, adoptione nimirum et gratia, tandem tutissime subiicit, « Ex Deo nati sunt : » ut gratiæ quoque magnitudinem ostendat, qua quod alienum est a Deo ac Patre, ad ejus naturale quodammodo consortium colligitur, et quod servum est, ad Domini nobilitatem ob vehementem ejus charitatem evehitur. Sed quid majus, inquiet forsitan aliquis, vel quid eximii præ Israelitis nacti sunt fideles, cum et ipsi Israelitiæ nati esse a Deo dicantur, juxta illud : « Filios genui, et exaltavi, et ipsi autem spreverunt me » . Ad hoc respondemus, primum quidem, quod cum lex umbram futurorum honorum haberet, non autem ipsam rerum veram speciem, ita neque istud Israelitis vere concessum, sed typice et figurate descriptum in ipsis fuit, « Usque ad tempus correctionis » , sicut scriptum est, quo emersuri erant qui decenarius atque verius propter inhabitantem Unigeniti Spiritum Patrem Deum appellarent. Illi siquidem habebant « spiritum servitutis in timore, hi vero spiritum adoptionis filiorum, » in libertatem, « in quo clamamus : Abba Pater » . Igitur populus per fidem in Christum ad filiorum adoptionem evehendus, in illo, velut in umbra, præfiguratus est, quemadmodum nempe videmus etiam spiritalem circumcisionem in illorum carne præfigurari ; in summa, omnia nostra in illis erant typice adumbrata. Ad hæc, dicimus Israelæm typice vocatum fuisse in adoptionem filiorum. **¶** Dei per mediatorem Moysen ; ideoque in ipsum quoque baptizati sunt in nube et in mari, ut Paulus ait <sup>24</sup>, et in legem servitutis ex idolorum cultu reparabantur, ministrato eis legis præcepto per angelos. Qui autem in filiorum Dei adoptionem fide in Christum evehuntur, non in unam a creaturis aliquam, sed in ipsam sanctam Trinitatem baptizantur, mediante Verbo, quod sibi humanitatem quidem conjungit per carnem unitam, sed naturaliter Patri conjungitur, quatenus natura Deus. Hoc enim pacto servi ad filiationem vocantur, per veri Filii participationem ad dignitatem ei naturaliter inexistentem vocati et quodammodo evecti. Quam ob rem filii Dei dicimur ac sumus, qui spiritalem regenerationem per fidem accepimus. Sed quoniam nonnulli præcipitii quadam audacia de Unigenito juxta et sancto Spiritu falsa prodere non verentur, creatum et factum hunc esse dicentes, et ipsum omnino Dei ac Patris consubstantialitate dejicere, age, rursus eorum intemperiei rectæ fidei doctrinam opposentes, quod nobis et lectoribus usui sit profera-

πιστευκότας, ἵνα μήτις οἰηται τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐκπεφυκέναι κατὰ ἀλήθειαν αὐτοῦς, καὶ εἰς ἀπαράλλακτον ὁμοιότητα τρέχειν τῷ Μονογενεῖ, ἢ καὶ κατ' ἐκείνου καταχρηστικώτερον λέγεσθαι, τὸ, « Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἐωσφύρου ἐξεγέννησά σε, » οὕτω τε λοιπὸν εἰς τὴν τῶν ποιημάτων καὶ αὐτὸς καταφέροιο φύσιν, καὶ εἰ λέγοιτο γεγενῆσθαι παρὰ Θεοῦ, ἀναγκαίως ἡμῖν προεπινοεῖ τὴν ἀσφάλειαν. Δεδόσθαι γὰρ αὐτοῖς ἐξουσίαν εἰπῶν παρὰ τοῦ κατὰ φύσιν Υἱοῦ πρὸς τὸ γενέσθαι τέκνα Θεοῦ, καὶ τὸ θέσει καὶ χάριτι διὰ τούτου προεισενεγκῶν, ἀκινδύνως ἐπάγει λοιπὸν τὸ, « Ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν » ἵνα καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς χάριτος ἐπιδείξῃ τὸ μέγεθος, ὥσπερ εἰς οἰκειότητα φυσικῆν συλλέγοντος τὸ ἀλλότριον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ τὸ δούλον εἰς δεσποτικὴν εὐγένειαν ἀναδιβάζοντος, διὰ τὴν εἰς αὐτὸν θερμὴν ἀγάπην. Τί οὖν ἄρα τὸ πλεόν, ἐρεῖ τις τυχόν; ἢ τί τὸ ἐξαιρετικόν ἐν τοῖς πιστεύουσιν εἰς Χριστὸν παρὰ τὸν Ἰσραὴλ, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς γεγενῆσθαι λέγεται παρὰ Θεοῦ κατὰ τὸ, « Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δὲ με ἠθέτησαν; » Πρὸς δὲ τὰ τοιαῦτα οἶμαι λέγειν δεῖν, πρῶτον μὲν ὅτι σκιάν ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, οὐδὲ τοῦτο κατ' ἀλήθειαν ἔχειν εἶδου τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἀλλ' ὡς ἐν τύπῳ καὶ σχήματι γραφόμενον ἐν αὐτοῖς· « Ἀχρι καιροῦ διορθώσως, » καθὰ γὰρ γέγραπται, καθ' ὃν ἔμελλον ἀναδειχθῆσθαι· λοιπὸν οἱ περὶ πλεονέστερον τε καὶ ἀληθέστερον ἀποκαλοῦντες Πατέρα τὸν Θεόν, διὰ τὸ ἐνοικῆσαν αὐτοῖς Πνεῦμα τοῦ Μονογενοῦς· οἱ μὲν γὰρ εἶχον « πνεῦμα δουλείας εἰς φόβον, οἱ δὲ πνεῦμα υἰοθεσίας, » εἰς ἐλευθερίαν, « ἐν ᾧ κρᾶζομεν· Ἀββὰ ὁ Πατήρ. » Οὐκοῦν ὁ διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν ἀναβήσασθαι μέλλων εἰς υἰοθεσίαν λαός, καθάπερ ἐν σκιάς ἐν ἐκείνῳ προκατεγράφετο, ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ τὴν ἐν πνεύματι νοοῦμεν περιτομὴν ἐν τῇ ἐκείνων πάλιν προανατυποῦσθαι σαρκί· καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, πάντα ἦν ἐν ἐκείνοις τὰ ἡμέτερα τυπικῶς. Πρὸς δὲ γε τοῖς εἰρημένοις, κάκεινό φαμεν, ὅτι κέκληται τυπικῶς εἰς υἰοθεσίαν ὁ Ἰσραὴλ διὰ μεσίου Μωσέως· διὸ καὶ εἰς αὐτὸν ἔβαπτιζόντο, καθάπερ ὁ Παῦλος φησιν, ἐν τῇ νεφέλῃ, καὶ ἐν τῇ θαλάσῃ· καὶ εἰς νόμον δουλείας ἐξ εἰδωλολατρίας ἀνεσκευάζοντο, διακονουμένης αὐτῆς [αὐτοῖς] τοῖς [Ἰς. τῆς] ἐν γράμμασιν ἐντολῆς δι' ἀγγέλων· οἱ δὲ πίστει τῇ εἰς Χριστὸν εἰς υἰοθεσίαν ἀναβαίνοντες Θεοῦ, οὐκ εἰς ἓν τι τῶν γεννητῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὴν τὴν ἀγίαν βαπτίζονται Τριάδα, διὰ μεσίου τοῦ Λόγου, συνάπτοντος μὲν ἐαυτῷ τὰ ἀνθρώπινα διὰ τῆς ἐνωθείσης σαρκὸς, συναπτομένου δὲ φυσικῶς τῷ γεννήσαντι, καθὼ φύσει Θεός· οὕτω γὰρ ἀνατρέχει τὸ δούλον εἰς υἰότητα, διὰ μετοχῆς τοῦ κατ' ἀλήθειαν Υἱοῦ, πρὸς τὸ ὑπάρχον αὐτῷ κατὰ φύσιν ἄζωμα, καλούμενόν τε καὶ οἶον ἀναβιβαζόμενον. Διὰ τοῦτο γεγενῆσθαι λεγόμεθα καὶ ἐσμὲν τοῦ Θεοῦ, οἱ τὴν διὰ τοῦ Πνεύματος ἀναγέννησιν διὰ πίστεως παροδεξάμενοι. Ἐπειδὴ δὲ βίφικινδύνως ἀποτολμῶσι

<sup>22</sup> Psal. c.x, 3. <sup>23</sup> Isa. 1, 2. <sup>24</sup> Hebr. ix, 10. <sup>25</sup> Rom. viii, 15. <sup>26</sup> I Cor. x, 1.



τινες, ὡσπερ τοῦ Μονογενοῦς, οὕτω καὶ τοῦ ἁγίου καταφεύδονται Πνεύματος, γενητὸν αὐτὸ καὶ κτιστὸν εἶναι φάσκοντες, καὶ ὅλων τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐξέλιπεν ὁμοουσιότητος· φέρε δὴ πάλιν ταῖς ἐκείνων ἀθυρογλωσσίαις· τὸν τῆς ὀρθῆς πίστεως ἀντεξάγοντες λόγον, ἑαυτοὺς τε καὶ τοὺς ἐντελομένους ὠφελείας γεννήσωμεν ἀφορμάς. Εἰ γὰρ μήτε Θεὸς κατὰ φύσιν, ὡ οὗτοι, μήτε μὴν ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα ἐστὶν ἴδιον αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ὁμοιωδῶς ἐνυπάρχον αὐτῷ· ἕτερον δὲ τι παρ' αὐτὸν, καὶ τῆς τῶν πεποιημένων ὁμοφυίας οὐκ ἀπωχισμένον· πῶς οἱ δι' αὐτοῦ γεννηθέντες ἡμεῖς ἐκ Θεοῦ γεγενῆσθαι λεγόμεθα; Ἡ γὰρ ὅτι ψεύδεται πάντως ἐροῦμεν ὁ εὐαγγελιστὴς, ἢ εἴπερ ἐστὶν ἀληθής, ἔχει δὲ οὕτω, καὶ οὐχ ἑτέρως, Θεὸς ἴσται καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν τὸ Πνεῦμα, οὐ δὴ καὶ μετῴσκειν διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν ἀξιούμενοι, θείας τε φύσεως ἀποτελούμεθα κοινωνοί, καὶ ἐκ Θεοῦ γεγενῆσθαι λεγόμεθα, καὶ θεοὶ διὰ τοῦτο χρηματίζομεν, οὐ χάριτι μόνον εἰς τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀνιπτάμενοι δόξαν, ἀλλ' ὡς ἤδη καὶ Θεὸν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς ἐνοικοῦντα καὶ αὐλιζόμενον, κατὰ τὸ ἐν τῷ προφήτῃ κεῖμενον, ὅτι « Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω » ἐπὶ κατὰ τῖνα τρόπον λεγόντων ἡμῖν οἱ τῆς τοσαύτης ἀμαθίας ἀνάπληψ νοοὶ Θεοῦ, κατὰ Παῦλον ἐσμέν, τὸ Πνεῦμα ἔχοντες κατοικοῦν ἐν ἡμῖν, εἰ μὴ Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστίν; Εἰ γὰρ κτίσμα ἐστὶ καὶ γενητὸν, διὰ ποίαν αἰτίαν ἡμᾶς ἔκαταφείρει Θεός, ὡς Θεοῦ καταφείροντας ναὸν, ὅταν τὸ σῶμα καταμολύνωμεν, ἐν ᾧ τὸ Πνεῦμα οἰκεῖ, ὅλην ἔχον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὴν φυσικὴν ἰδιότητα, καὶ ὁμοίως τοῦ Μονογενοῦς; Ἐπὶ πῶς ἀληθεύσει λέγων ὁ Σωτὴρ, « Ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει, καὶ ὁ Πατὴρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἔλευσάμεθα, καὶ ἐν αὐτῷ καταλύσομεν; » Καίτοι τὸ Πνεῦμα ἐστὶ τὸ κατοικοῦν ἐν ἡμῖν, καὶ δι' αὐτοῦ πιστευόμενον ἔχειν ἅμα τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, καθάπερ οὖν ἔφη καὶ αὐτὸς τοῦ πάλιν ὁ Ἰωάννης ἐν Ἐπιστολαῖς· « Ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν. » Πῶς δὲ ὅλων καὶ Θεοῦ κεκλήσεται Πνεῦμα, εἰ μὴ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ κατὰ φύσιν ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο Θεός; Εἰ γὰρ ὑπάρχον, ὡς ἐκεῖνοί φασι, γενητὸν, πνεῦμά ἐστι τοῦ Θεοῦ, τὸ κωλύον οὐδὲν πνεύματα Θεοῦ καὶ τὰ ἄλλα καλεῖσθαι ποιήματα· φθάσει γὰρ καὶ ἐπ' αὐτὰ δυνάμει τὸ πρᾶγμα, εἴπερ ὅλων ἐνδέχεται γενητὴν οὐσίαν πνεῦμα ὑπάρχειν τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἦν μὲν ὅπως ἀκόλουθον, μακρὸν ἐπὶ τούτοις ἀναπτύξει λόγον, καὶ διὰ πλείονων ἀδολεσχησάτω, τὰς τῶν ἀνοσιῶν αἰρετικῶν ἀνατρέποντας ἀβουλίας· ἀρκούντως δὲ ἤδη διεληφότες διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐν τῷ *Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος* βιβλίῳ, τὸ πολλὰ λέγειν ἔτι, διάτοι τοῦτο παρήσομεν.

Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο.

Εἰςθόβηκεν ἤδη καθαρῶς διὰ τούτου εἰς τὸν περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγον. Ὅτι γὰρ Υἱὸς ἀνθρώπου γέγονε τε ἤδη καὶ κερημάτικεν ὁ Μονογενής, ἐξηγηταὶ σαφῶς· σημαίνει γὰρ τοῦτο, καὶ ἕτερον οὐδὲν, τὸ σὰρκα γενέσθαι τὸν Λόγον εἰπεῖν· ὅμοιον γὰρ, ὡς εἰ καὶ γυμνότερον ἐφασκεν, Ὁ Λόγος ἀνθρώπος ἐγένετο. Ἐξέον δὲ πάλιν ἡμῖν, ἢ ἀσύνηθες οὐδὲν οὕτω

A mus. Si enim neque Deus secundum naturam, neque ex Deo est Spiritus ejus, eique substantialiter inexistens, sed alius ab ipso, nec a natura creaturarum alienus, quomodo nos, qui per ipsum nati sumus, ex Deo nati dicimur? Aut enim mentiri plane evangelistam fatebimur: aut si verax est, sicuti est profecto, Deus erit, et ex Deo secundum naturam Spiritus: cujus participatione per Iidem in Christum donati, et naturæ divinæ participes efficiemur, et ex Deo nati esse dicimur, et eam ob rem dii nuncupamur, non gratia solum ad supernaturalem gloriam evecti, sed quo jam Deum in nobis habitantem atque diversantem habeamus<sup>37</sup>, juxta illud prophetæ dictum: « Quia inhabitabo in ipsis et inambulabo inter eos<sup>38</sup>. » Alioqui, respondeant, quæso, nobis, qui tanta pleni sunt incertitia, quomodo templa Dei simus, juxta Paulum<sup>39</sup>, inhabitantem in nobis Spiritum habentes, nisi Spiritus Deus sit secundum naturam? si enim creatura est, ac opus, quam ob causam Deus nos destruit, tanquam qui Dei templum destruamus, cum corpus inquinamus, in quo Spiritus habitat<sup>40</sup>, qui totam Dei ac Patris et similiter Unigeniti naturalem proprietatem **94** in se habet? Nam quomodo verum erit quod a Salvatore dicitur: « Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus<sup>41</sup>, » cum Spiritus sit qui habitat in nobis, et per ipsum habere nos Patrem simul et Filium credamus, quemadmodum ipse quoque rursus alicubi Joannes in Epistolis ait: « In hoc cognoscimus, quoniam in ipso manemus, et ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis<sup>42</sup>. » Quomodo vero, quæso, Spiritus quoque Dei vocabitur, nisi ex ipso et in ipso secundum naturam sit, ac proinde Deus? Si enim creatus cum sit, ut illi volunt, Dei tamen est spiritus: nihil obstat quominus alias quoque creaturas spiritus Dei vocemus. Id enim in eas utique cadere poterit, si profecto fieri potest ut creata substantia sit spiritus Dei. Plura quidem certo hic essent dicenda, et longiori disputatione evertenda esset hæreticorum temeritas: sed cum de sancto Spiritu in libro *De Trinitate* jam abunde tractaverimus, plura dicere super-

D sedebimus.

1, 14. Et Verbum caro factum est.

Aperte demum his verbis incarnationis sermonem ingreditur. Clare enim docet Filium hominis factum et appellatum esse Unigenitum. Id enim significat illud quod ait, Verbum carnem factum esse. Idem enim est ac si diceret, Verbum esse factum hominem. Quod cum ait, nihil nobis inusitatum aut peregrinum ingerit, cum plerumque di-

<sup>37</sup> I Cor. vi, 19. <sup>38</sup> Levit. xxvi, 12; II Cor. vi, 16. <sup>39</sup> Rom. viii, 1. <sup>40</sup> I Cor. iii, 15, 16. <sup>41</sup> Joan. xiv, 23. <sup>42</sup> I Joan. iv, 13.

vina Scriptura solius carnis vocabulo totum animal significat, juxta illud quod apud Joëlem scriptum est: « Effundam de Spiritu meo super omnem carnem »<sup>43</sup>. Neque vero putandum est prophetam dicere inanimatam et soli humanæ carni divinum suppeditatam iri Spiritum: sic enim ridicula erit illa interpretatio. Sed ex parte totum complexus, nomine carnis significat hominem; quod aliter fieri non oportebat. Quam autem ob causam, necesse est, ut videtur, explicare. Est igitur homo rationale quidem animal, sed compositum ex anima nimirum et hac fragili atque terrena carne. Cum autem factus sit a Deo, et in ortum eductus, non habens ex natura sua ut sit incorruptibilis et immortalis (hæc enim soli Deo substantialiter iusunt), obsignatus est vitæ spiritu, habituque ad Deum bonum quod naturam excedit consecutus: « Insufflavit enim, » inquit, « in faciem ejus spiraculum vitæ, et factus est homo in animam viventem »<sup>44</sup>. Cum autem ob transgressionem punitus fuerit, « Terra es, et in terram reverteris »<sup>45</sup>, jure tunc audiens, gratia nudatus est, et « terrena carne recessit spiraculam vitæ, hoc est Spiritus ejus qui dicit: « Ego sum vita »<sup>46</sup>, et animal in mortem per solam carnem, incidit immortalitate animæ servatus, quoniam ad solam carnem quoque dictum est: « Terra es, et in terram reverteris. » Oportuit ergo id quod in homine periculo maxime obnoxium erat, quamprimum servari, et conjunctione eam naturali vita ad immortalitatem revocari. Oportuit id quod ægrum erat, morbo liberari: Oportuit cessare tandem illud: « Terra es, et in terram reverteris, » Verbo nimirum omnia vividanti ineffabili ratione corpore quod ceciderat unito. Decebat quippe carnem, postquam ejus facta esset, immortalitatis ipsius fieri participem. Neque enim consentaneum esset ignem virtutis suæ naturalis qualitatem sensibilem imprimere posse materiam, eaque propemodum in se transmutare, in quibus est per participationem: existimare autem Dei Verbum quod excedit omnia, utique non posse proprium sibi ac naturale bonum, vitam nimirum, carni indere. Hac igitur maxime de causa puto sanctum evangelistam a parte affecta potissimum animali significato, dixisse carnem factum esse Dei Verbum, ut una cerneatur vulnus et remedium, æger et medicus, quod in mortem prolapsus est, et qui excitavit ad vitam, quod corruptioni cessit, et qui corruptionem amovet, quod morte superatum est, et qui morte superior est, quod orbatum est vita, et qui vitam largitur. Non autem ait ad carnem Verbum venisse, sed carnem factum esse, ne habitudine, sicut in prophetas, aut sanctos alios ipsum venisse suspiceris, sed revera carnem factum esse, id est hominem: hoc enim modo diximus. Quocirca etiam Deus est secundum naturam in carne, et cum carne, quippe qui propriam sibi

λέγων εισφέρει, πολλακις τῆς θείας Γραφῆς, καὶ ἀπὸ μόνης τῆς σαρκὸς, ὄλον ἀποκαλούσης τὸ ζῶον, κατὰ τὸ ἐν τῷ προφήτῃ κείμενον Ἰωήλ· « Ἐρχεῖ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· » καὶ οὐ δῆπου νομιοῦμεν ἀψύχῃ καὶ μόνῃ τῇ ἀνθρωπιᾷ σαρκὶ τὸ θεῖον χορηγήσεσθαι Πνεῦμα τὸν προφήτην εἰπεῖν· ἀμοιρῆσαι γὰρ οὕτω γελιοῦτος οὐδαμῶς τὸ δηλούμενον, ἀλλ' ἐκ μέρους τὸ ὄλον συλλεθῶν, ἀπὸ τῆς σαρκὸς ὀνομάζει τὸν ἀνθρώπον, ἔδει δὲ μᾶλλον οὕτω, καὶ οὐχ ἑτέρως· καὶ διὰ τοιαύτα ἀναγκαῖον, ὡς ἔοικεν, εἰπεῖν· « Ἔστι τοίνυν λογικὸν μὲν, σύνθετον δὲ ζῶον ὁ ἀνθρώπος, ἐκ ψυχῆς δηλονότι καὶ τῆς ἐπικήρου ταύτης καὶ γῆνης σαρκὸς. Ἐπειδὴ δὲ πεποιητο παρὰ Θεοῦ, καὶ παρήχθη πρὸς γενεσιν, οὐκ ἔχων ἐξ οικείας φύσεως τὸ τε ἀφθαρτον καὶ ἀνώλεθρον (μόνη γὰρ ταῦτα πρόσεστιν οὐσιωδῶς τῷ Θεῷ)· κατασφραγίζετο τῷ πνεύματι τῆς ζωῆς, σχέσει τῇ πρὸς Θεὸν ἀποκερδαίνων τὸ ὑπὲρ τὴν φύσιν ἀγαθόν· « Ἐνεψύσθησε γὰρ, φησὶν, εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἀνθρώπος εἰς φυγὴν ζωῆς· » ἐπειδὴ δὲ διὰ τὴν παράστασιν ἐκολάζετο, τὸ, « Ἐγὼ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύση, » τότε δικαίως ἀκούων ἀπεγυμνώθη τῆς χάριτος· ἀπανίστατο δὲ τῆς γῆνης σαρκὸς ἡ πνοὴ τῆς ζωῆς, τοῦτ' ἐστὶ, τὸ Πνεῦμα τοῦ λέγοντος, « Ἐγὼ εἰμι ἡ ζωὴ, » καὶ πίπτει τὸ ζῶον εἰς θάνατον διὰ μόνης τῆς σαρκὸς, σωζομένης ἐν ἀθανασίᾳ τῆς ψυχῆς, ἐπὶ καὶ πρὸς μόνην εἰρητο τὴν σάρκα· « Ἐγὼ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύση. » Ἔδει τοίνυν τὸ μάλιστα κινδυνεύσαν ἐν ἡμῖν, γοργότερον ἀνασῶζεσθαι, καὶ συμπλοκῇ πάλιν τῇ πρὸς ζωὴν τὴν κατὰ φύσιν, ἀνακαλεῖσθαι πρὸς ἀφθαρσίαν. Ἔδει τὸ πεπονηθὸς, λύσιν εὐρέσθαι τοῦ κακοῦ. Ἔδει λοιπὸν ἀπονησθαι τὸ, « Ἐγὼ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύση, » ἐνωθέντος ἀφράστως τοῦ προσπεσόντος σώματος τῷ πάντα ζωογονοῦντι Λόγῳ. Σάρκα γὰρ ἔδει γενομένην αὐτοῦ, τῆς ἀπ' αὐτοῦ μετασεῖν ἀθανασίας· καὶ γὰρ ἂν εἴη τῶν ἀτοπωτάτων τὸ μὲν πῦρ ἐντιθέσθαι δύνασθαι ταῖς ὕλαις, καὶ κατὰ φύσιν αὐτῷ προσούσῃ ἐνεργείας τὴν ἐν αἰσθήσει ποιότητα, καὶ μονουχὴ μετασχευάσειν εἰς αὐτὸ τὰ ἐν οἷς ἂν γένοιτο μεθεκτῶς· τὸν δὲ ὑπὲρ πάντα τοῦ Θεοῦ Λόγον, μὴ πάντως οἶσθαι, τὸ ἴδιον ἀγαθὸν ἐνεργάζεσθαι τῇ σαρκὶ, τοῦτ' ἐστὶ, τὴν ζωὴν. Ταύτης οὖν οἶμαι μάλιστα τῆς αἰτίας ἕνεκα τὸν ἅγιον εὐαγγελιστὴν, ἀπὸ τοῦ παθόντος μάλιστα τὸ ζῶον σημαίνοντα, σάρκα γενέσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον εἰπεῖν· ἵνα θεωρῆ τις ὁμοῦ τὸ τραῦμα καὶ τὸ φάρμακον, τὸ νοσοῦν καὶ τὸν ἰατρὸν, τὸ κεκλιμένον εἰς θάνατον καὶ τὸν ἐγείραντα πρὸς ζωὴν, τὸ φθορᾷ νενικημένον καὶ τὸ ἐλαύνοντα τὴν φθορὰν, τὸ θανάτῳ κρατηθὲν καὶ τοῦ θανάτου τὸν κρείττονα, τὸν ζωῆς ἐσταρτημένον καὶ τὸν χορηγὸν τῆς ζωῆς. Οὐκ εἰς σάρκα δὲ τὸν Λόγον ἐλθεῖν, ἀλλὰ σάρκα γενέσθαι φησὶν, ἵνα μὴ καθάπερ ἐν προφήταις τυχόν, ἢ καὶ ἑτέροις τῶν ἁγίων τισὶν ἐκφοιτῆσαι σχετικῶς ὑπολάβῃς αὐτὸν, ἀλλ' αὐτὸ κατὰ ἀλήθειαν γενέσθαι σάρκα, τοῦτ' ἐστὶν, ἀνθρώπον· τούτο γὰρ ἀκριβῶς ἐλέγομεν· διὰ τοῦτο καὶ Θεός ἐστι

<sup>43</sup> Joel II, 28. <sup>44</sup> Gen. II, 7. <sup>45</sup> Gen. III, 19. <sup>46</sup> Joan. XIV, 6.

κατὰ φύσιν ἐν σαρκί, καὶ μετὰ σαρκός, ὡς ἰδέαν ἔχων αὐτήν, καὶ ὡς ἑτερόν τι παρ' αὐτὴν νοούμενος, καὶ ἐν αὐτῇ καὶ οὐκ αὐτῇ προσκυνούμενος, κατὰ τὸ ἐν τῷ προφήτῃ κείμενον Ἠσαΐα· ἄ Ἄνδρες ὕψηλοι ἐπὶ σὲ διαθήσονται, καὶ σοὶ ἔσονται δούλοι, καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ προσκυνήσουσί σοι, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ἔτι ἐν σοὶ ὁ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ. Ὁ Ἰδοῦ καὶ ἐν αὐτῷ Θεὸν εἶναι φασί, μὴ ἀποδιελόντες τοῦ Λόγου τὴν σάρκα· καὶ πάλιν οὐκ εἶναι ἕτερον Θεὸν πλὴν αὐτοῦ δισχυρίζαντο, ἐνοῦντες τῷ Λόγῳ τὸ φορούμενον, ὡς Ἰδιον αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστι τὸν ἐκ Παρθένου ναόν· εἰς γὰρ ἐξ ἄμφω ἐὶν ὁ Χριστός.

*Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν.*

Ἐπεξεργάζεται χρησίμως τὸ εἰρημένον ὁ εὐαγγελιστής, καὶ εἰς ἐμφανεστέραν ἄγει διάνοιαν τὴν τοῦ θεωρήματος δύναμιν· ἀπειλή γὰρ ἔφη σάρκα γεγενῆσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ἵνα μὴ τις ἐκ πολλῆς ἀμαθίας τῆς μὲν ἰδέας αὐτὸν ὑπολάβῃ φύσεως ἐκδραματῆν, μεταπεποιθῆσθαι δὲ ἔντως εἰς σάρκα (καὶ παθεῖν, ὅπερ ἦν ἀδύνατον· ἀλλοιώσεως γὰρ ἀπάσης, καὶ μεταβολῆς τῆς ἐφ' ἑτερόν τι, κατὰ τὸν τοῦ πῶς εἶναι λόγον τὸ θεῖον ἀπόκειται)· καλῶς γε σφόδρα παιῶν ὁ θεολόγος ἐπήνεγκεν εὐθύς, ὅτι Ἐκκήνωσεν ἐν ἡμῖν, ἵνα δύο νοήσας τὰ σημανόμενα, τὸν τε σκηνοῦντα καὶ τὸ ἐν ᾧ ἡ σκηνώσις, μὴ εἰς σάρκα παρασετράφηαι νομίσας αὐτὸν, σκηνοῦσαι δὲ μᾶλλον ἐν σαρκί, ὡς ἰδίῳ προσχρησάμενον αἰμάτι, τῷ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου ναφ'· Ἐν αὐτῷ γὰρ κατόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, ὡς ὁ Παῦλος φησὶν· ἐσκηνωμένοι γε μὴν τὸν Λόγον ἐν ἡμῖν χρησίμως δισχυρίζεται, βαθὺ καὶ τοῦτο λίαν ἡμῖν ἐκκαλύπτων μυστήριον· πάντες γὰρ ἤμεν ἐν Χριστῷ, καὶ τὸ κοινὸν τῆς ἀνθρωπότητος εἰς αὐτὸν ἀναβίῳ πρόσωπον. Ἐπεὶ καὶ ἔσχατος Ἀδάμ διὰ τοῦτο κατωνόμασται τῇ κοινότητι τῆς φύσεως πάντα πλουτίζων τὰ εἰς εὐθυμίαν καὶ δόξαν, ὡς περ οὖν καὶ ὁ πρῶτος Ἀδάμ εἰς φθορὰν καὶ κατήφειαν. Ἐν πᾶσι τοίγαρ οὖν ὁ Λόγος ἐσκήνωσε δι' ἐνός, ἵνα τοῦ ἐνός δρισθέντος Ἰησοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἀγιωσύνης εἰς ἄλην ἐρχηται τὴν ἀνθρωπότητα τὸ ἀέλιωμα, οὕτω τε φθάσῃ καὶ ἐφ' ἡμᾶς δι' ἕνα πᾶν ἐξ ἡμῶν τὸ, Ἐγὼ εἶπα· Θεοὶ ἐστε, καὶ υἱοὶ Ἰψίστου πάντες. Οὐκοῦν ἐν Χριστῷ μὲν ἀληθῶς ἐλευθεροῦται τὸ δούλον, ἀναβαίνον εἰς ἐνότητα τὴν μυστικὴν τῷ φορέσαντι τὴν τοῦ δούλου μορφήν, ἐν ἡμῖν δὲ κατὰ μέμησιν τὴν πρὸς τὸν ἕνα διὰ τὴν κατὰ σάρκα συγγένειαν Ἐπεὶ διὰ ποίαν αἰτίαν οὐκ ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραάμ, ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, καὶ γενέσθαι κατὰ ἀληθειαν ἄνθρωπος; Ἄρ' οὐχὶ πᾶσίν ἐστι καταφανές, ὅτι καταδέθηκεν εἰς τὸ δούλον, αὐτὸς, οὐκ ἑαυτῷ τι διὰ τούτου παρξενῶν, ἀλλ' ἡμῖν ἑαυτὸν χαρίζμενος, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐταῦ πτωχεῖᾳ πλουτήσωμεν, ἀνατρέχοντες διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητος εἰς τὸ ἴδιον αὐτοῦ καὶ ἐξαιρετον ἀγαθόν, θεοὶ τε καὶ Θεοῦ τέκνα διὰ τῆς πίστεως ἀναφαινώμεθα; Ἐσκήνωσε γὰρ ἐν

illam habeat, et tamen ut aliud quid intelligatur ab ipsa, et in ipsa, atque eum ipsa adoretur, juxta illud Isaiæ dictum: Viri excelsi ad te transibunt, et tui erunt servi, et post te sequentur vincti manicis, et adorabunt te, et in te orabunt, quoniam in te est Deus, et non est Deus præter te<sup>47</sup>. » Ecce Deum etiam in ipso esse aiunt, non separantes carnem a Verbo: et rursus alium non esse Deum præter ipsum confirmant, conjungentes Verbo genitamen, ut ejus proprium, templum scilicet ex Virgine: unus enim ex ambobus Christus est.

*I, 14. Et habitavit in nobis.*

Explicat pluribus verbis evangelista quod dixit, atque suam sententiam clarius exponit. Cum enim dixerit carnem factum esse Dei Verbum, ne quis propria ipsum natura excidisse stultissime suspicaretur, et in carnem vere transmutatum esse, atque id pati quod omnino pati non possit (quod omni quippe alteratione et conversione in aliud, ratione essentiae Deus longissime abest), recte utique Theologus statim infert, « Et habitavit in nobis » ut cum duo necessario intelligas, et eum qui habitat, et id in quo habitatur, in carnem ipsum non esse transmutatum existimes, sed habitare potius in carne, ut proprio utentem corpore, templo illo nimirum quod est ex sancta Virgine: « In ipso enim inhabitavit omnis plenitudo divinitatis corporaliter » ut Paulus ait<sup>48</sup>. Quin et in nobis habitasse Verbum utiliter asserit, altissimum quoque nobis istud revelans mysterium. Sumus enim omnes in Christo, et communis humanitatis personam in ipsum reviviscit. Nam et novissimus Adam idcirco nuncupatus est, qui naturae participatione omnia locupletat ad felicitatem et gloriam, sicuti primus Adam in corruptionem et ignominiam<sup>49</sup>. In omnibus itaque Verbum habitavit per unum, ut, uno constituto Dei Filio in virtute, secundum spiritum sanctitatis in universam humanitatem dignitas illa redundaret, adeoque per unum ex nobis in nos quoque perveniret illud: « Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes<sup>50</sup>. » Igitur in Christo quidem serva natura sit reapse libera, ad mysticam unitatem ejus evecta, qui servus formam, in nobis vero imitatione et similitudine cum illo uno, propter carnis cognitionem. Alioqui enim, quam ob causam non angelorum quidem, sed Abrahamæ semem apprehendit, unde debuit per omnia fratribus assimilari<sup>51</sup>, et vere homo fieri? Annon manifestum est omnibus, quod ad servilem conditionem ipse se demisit, nihil ex hoc sibi acquirens, sed nobis seipsum largiens, ut nos ejus paupertate ditaremur<sup>52</sup>, similitudine cum ipso ad proprium et eximium ejus bonum evecti, dicque et Dei filii per fidem redderemur? Habitavit enim in nobis, qui per naturam

<sup>47</sup> Isa. xlv, 14. <sup>48</sup> Col. ii, 9. <sup>49</sup> I Cor. xv, 45-49. <sup>50</sup> Psal. lxxxvi, 6; Joan. x, 34. <sup>51</sup> Hebr. ii, 47.

<sup>52</sup> II Cor. viii, 9.

Filius est ac Deus : ideoque in ejus Spiritu clamamus : « Abba Pater <sup>63</sup>. » Habitat autem Verbum in omnibus, in uno templo scilicet quod propter nos et ex nobis assumpsit, ut omnes in seipso habens, omnes in uno corpore, sicuti Paulus ait <sup>64</sup>, reconciliaret Patri.

I, 14. *Et vidimus gloriam ejus gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis.*

Cum Verbum carnem factum esse dixerit, hoc est hominem, et fratrem servorum atque creaturarum, integram tamen ei quoque servat hoc pacto divinam dignitatem, et plenum esse Patris proprietate rursus ostendit. Naturam quippe divina in seipsa firma et stabilis est, nec mutationem capit in aliud, sed eodem se modo semper habet, et in suis lotibus constanter manet. Itaque licet evangelista Verbum carnem factum esse dicat, non tamen ipsum carnis infirmitatibus succubuisse asserit, nec pristina illa sua virtute et gloria excidisse, eo quod infirmum nostrum et inglorium corpus induit. Vidimus enim gloriam ejus, inquit, omni gloria sublimiorem, et qualem decere Filium ex Deo Patre unigenitum nemo non fateatur. Plenus enim erat gratia et veritate. Si quis enim sanctorum chorum contempletur, et uniuscujusque res gestas perpendat, mirabitur utique, et illorum virtutibus oblectabitur, eosque gloria repletos a Deo fuisse fatebitur. Unigeniti vero gloriam et gratiam, nullo modo cum cæterorum gloria comparandam esse theologi docent ac sacri testes, sed longe eminentiorem ac præstantiorem, ut qui non definitam habeat gratiæ mensuram quasi ab altero acceptam, sed tanquam in perfecto perfectam, ac veram, id est, non ascititiam, nec aliunde quasi accessionis loco suppeditatam, sed substantialiter inexistentem, et fructum **98** paternæ proprietatis naturaliter transmissum in Filium. Quod si cui placet accuratius id quod dictum est examinare, consideret apud se, quid sancti ipsi, et quid Salvator noster Christus mirabiliter patrarunt, tantumque distare comperit, quantum antea diximus. Quid quod illi quidem ut meri famuli in domo versantur, hic autem ut Filius domui suæ præest? Præterea scriptum est de Unigenito : « Benedictus qui venit in nomine Domini <sup>65</sup>. » De sanctis vero Deus ac Pater ait : « Et misi ad vos omnes servos meos prophetas <sup>66</sup>. » Quinetiam, illi superna virtute donati sunt : hic autem est virtutum Dominus. « Si non facio opera Patris mei, inquit, nolite mihi credere. Si autem facio, et si mihi non creditis, operibus meis credite <sup>67</sup>. » Itaque si ex ipsis operibus Patri virtute æqualis Unigenitus esse cernitur, æquali utique gloria cum Patre merito celebrabitur, maxime cum æqualiter operetur. Tantum autem, licet sit in carne, ad fraternitatem vocatos superabit, quantum homines naturalis

Α ἡμῖν ὁ κατὰ φύσιν Υἱὸς καὶ Θεὸς· διὸ καὶ ἐν τῷ Πνεύματι αὐτοῦ κρᾶζομεν· « Ἀββὰ ὁ Πατήρ » σκηνοὶ δὲ ὁ Λόγος· ἐν πᾶσιν, ἐν ἐνὶ τῷ δι' ἡμᾶς καὶ ἐξ ἡμῶν ληφθέντι ναφ̄, ἵνα πάντας ἔχων ἐν ἑαυτῷ. ἀποκαταλλάξῃ πάντας ἐν ἐνὶ σώματι πρὸς τὸν Πατέρα, καθάπερ ὁ Παῦλος φησὶ.

Καὶ θεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.

